





Freiherr v. Ende-Altjessnitz.

A

M. Antonii Aurelii numo Con-	
tourniato.	2.
d. prima Academia villa Pla-	
tonis cu nova Hallenium	
collata	8.
Histōria philos. rationalis apud	
Arabes et Turcas.	9.
d. vita Aeterna gentium fere	
omnium concentus.	13.
Apostolici concilii Canone.	15.
Arausionensis Principatus hispo-	
ria et fata.	17.
Quod ab omnib[us] Deo est.	18.
D. abstractione	22.
d. Atheo convincendo ex anti- fici	
ofissima corporis hum. structura.	20.
d. Auro Obryfo et argento pusulato.	28.
Annotacione maior Philologicā.	29.
Algebra Cartesiana Calculo.	35.
determinat[us] Geaturar repugnantia	44.
Animi indice incessu	47.

C.

Collagi Hierichuntis mun.	i.
d. Contourniato nūmo M. Aurelii	
Antonini.	2.
Sante legendis philosophis.	11.
Ceremonie gentilis Samanland.	12.
Concentus oīum fere gentium de	
vita eterna.	13.
Canone Concilii Apostolici.	15.
Ciceronis Scriptorū lectione.	25.
Convincendo atheo ex structura	
Corporis humani.	26.
Cartesiana methodi regulari	
vindicatio.	33.
Calculo Algebra Cartesiana.	35.
Charutenib[us] vera falsa sapientia.	36.
Propagatione Philos. sub contentu	40.
Christianis Ministeri Casarum	
gentilium.	41.

B

Brgräbniß. Cöpf.	3.
------------------	----

Creaturar. aeternitatis repugnanc
tia - - - - - 44.

Entheorum icon E 6.
Enditoni palinodia - - - 19.

Quod Deo est abominabile D 18.

D. Timbris Germanie numera
mutatis. F 70.

6.
19.

Gentis Samanitana historia et cari-
monia ... 12.
Pentium fere oium de vita eterna
concentus ... 13.
Gentilium Cesarum Ministris Xianis. 41.
Germanie finibz numquam mutatis.

46. **F.** Icon entheorum ex lumine
naturali ... 6.
Inquirendi in veritatem methodus. 14.
Iure Zeletarū in gente Hebreā. 37.
Incessu animi indice ... 47.

70.

H.
Hierichuntis munis collapsi ... 1.
Loydijff begräbnis Cōsco ... 3.
Hallenf. Academ. cū prima Villa
Platonis collata ... 8.
Historia philos. rationalis ap. Arabes
et Turcas ... 9.
Historia gentis Samaritanae ... 12.
Historia Principatus Aranfionensis

Legendis canticis Philosophis 11.
Lectione scriptorū Ciceronis. - 25.
Libertate voluntatis. . 34.
ad Iusti Lipsii Polit. lib. 1. prope-
dia politica. - 38.

K

M

Muri Hierichuntis collapsi 1.
Mausoleum in Museo 3.
Mundi spiritu Nieneniano 4.
Morum obiosa Scientia 7.
Methodo in veritatem inqrendi. 14.
Moratis Philos. hmitib⁹ suis c̄scripta. 20.
Methodi Cartesiane regularum
indicatio 33.
Ministris Cesarū gentilium Christia-
nis 41.
Miscellanea Theses Scholhii. - 42.
Finib⁹ Germanie nunquam Muta-
tis. - - - - qd.

-11.
-25.
-34.
-32.
-38.

Otiosa monum. scientia	7.
Ortu et progressu rei numaria ap. Germanos	16.
d. Obryzo auro	28.
Obseruat. Politica in Cor. Facit. Annal. lib. 1.	39.

N

d. Numo Optimum de M. Aurelii Antonini.	2.
d. Nietneriano Spiritu Mundi	4.
d. Numo h. Sept. Seven ranissimo. 10	
Numarie rei ap. Germanos ortu et progressu	16.
Numismatis argenti in memoria Palatii Salydalenfis expositiō.	27.

P

d. Poenis	5.
Platonis villa prima acadēmia ex nova Halleſin collata	8.
Philos. rationali ap. Arabes et Turcas historia	9.
Philosophij caute legendij	11.
Progressu rei numaria ap. Germ.	16.
Palinodis Errationē	19.
Philos. Moralis limitib⁹ suis circu- scriptiō	20.
Ex universa Philosophia theses miscellē	23.
Plunia prodigiosa	24.
Pusulato argento	28.
Aeromata unatior Philologicū	29.
Possibilitatis radice	30.
Præjudiciis	31.

Paganus Sapientia non reproban-
da - - - 32.
Pineas Zeleta - - - 37.
Propædia Politica ad Justi Lipsii
Politicos. Lib. I. - - - 38.
Politicae Observ. in Cern. Taciti. An-
malium lib. I. - - - 39.
Propagatione Philos. sub contentu. 40.
an Philosophia, quæ veritatem
et lumine supernaturali infer-
tas habore videtur, naturalis
doctrina dici possit? - - - 45.

Rationalis philosophie ap. Arabo
et Turcas historia - - - 9.
Parissimo nummo Sept. Severi - 10.
Rei numaria ap. Germ. ortu - - - 16.
Radice possiblitas - - - - 30.
Non Reprobanda sapientia pagana - 32.
Regulari methodi Cartesiana vin-
dicatio - - - 33.
Repugnantia eternitatis creature-
rum - - - - - 44.

2

<p>Sepulchralis ornae 3.</p> <p>Spiritu mundi Nielneriano. 4.</p> <p>Scientia morum otiosa 7.</p> <p>L. Sept. Severi numm. rarissim. 10.</p> <p>Samanitana genos historie 12.</p> <p>Scriptorum Ciceronis lectione. 25.</p> <p>Atheo convincendo ex structura corporis humani. 26.</p> <p>In Saltdalenis memoriam numismata argenteum 27.</p> <p>Sapientia pagana sion reprobanda 32.</p> <p>Sapientie vera falsoq; charactribus. 36.</p>	<p>Historia philos. rationabilis apud Turcas et Arabes. 9.</p> <p>Temperantia 21.</p> <p>Theseos Miscelle exornativa Philosophia. 23.</p> <p>Tripli Algebræ Cartesiana Calculo. 35.</p> <p>In Com. Taib. lib. 1. Ann. oblev. Politice 39.</p> <p>Theseos Miscellanea Schulzii. 42.</p>
---	--

V U.

- Vnde Sepulchrales 3.
Villa Platonis prima Academia
in nova Hallensia collata ... 8.
d. Vita eterna gentium fere
omnium concordus 13.
In Veritatem inquirendi metho-
dus 14.
Voluntatis libertate 24.

Pineas Zelota s. d. Iure Zelo-
tarum in gente Hebreorum 37.

16
7
Q. B. V.
DE

ORTV ET PROGRESSV REI NVMMARIAE
INPRIMIS APVD GERMANOS

RECTORE HVIVS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO DOMINO,

DOMINO

PHILIPPO GUILIELMO,

S. R. I. COMITE DE BOINEBURG,
SACRAE CAESAREAE MAJESTATI A CONSILIIS
INTIMIS ET CAMERA, METROPOLITANARVM
ECCLESIARVM, MOGVNTINAET TREVIRENSIS
CANONICO CAPITVLARI SENIORE ET RESPE-
CTIVE SVPREMI CHORI EPISCOPO

EMINENTISSIMO PRINCIPI ELECTORI MOGVN-
TINO A CONSILIIS INTIMIS, CIVITATIS TERRI-
TORIIQUE ERFVRTENSIS PRO-PRINCIPЕ,
ET RELIQVA,

MAGNIFICO PHILOSOPHORVM ORDINE
CONSENTIENTE

DISSERTATIONEM HISTORICAM
AD QVAESTIONEM PUBLICE HABENDAM

D. IVLII A. O. R. CIO ID CCX. H. L. Q. C.
OFFERVNT

M. IOANNES MICHAEL WEINRICHIVS,
ET
HIERONYMVS FRIDERICVS BRVCKNER
ERFVRT. PHIL. ET IVR. STVD.

ERFVRDIAE,
LITERIS FICKELSCHERRIANIS.

G E V

ORTA ET PROGRESSA REI NAVMARRIAE
IN PISUS APUD GERMANOS

REMARQUE HABET SCOPULAM MIGRATIONEM DOMINI
EXTRA MARES ET IN TERRAM DOMINI

DOMINO

PHILIPPO GALLERIO.

S R F CAMPING DE HONORIBUS
SVAE CIVITATIS MARISTALIA COVENSIS
TINENS ET CANTARE MELICENTIA TRIBUENS
ECCLISIA RARUM MUSICARUM ET TRIBUENS
CANORES QO CANTARI SE IURE ET REALE
CITATE SAPERE IN CHORI EPISCOPO

FINEMENTISSIMO MUSICO ERECTO MUSICO
TINENS A CONSULES JUDICES, AVITATIS TERRI
JURISCA ET RAVISSIMA EGO PRIMUS
ET REX

MAGNIFICO PHILOSOPHORVM ORDINE
CONSENTIENTE

DISSEMINATIONEM HISTORICAM

AD QVADRITIONVM PARMIGIANI HABENDAM
D. IVANUS M. R. CIDIC CECI N. 66
OTTERA T

M. IOANNES MICHAEL MEINRICHS

HIERONYMVS HEDERICAS BRACKNER
HERBERT LINN ET TIR STAD

BARBARAE
MATERIE MICROCHERGIANIS

VIRO
MAGNIFICO, PRAENOBILISSIMO,
EXCELLENTISSIMO QVE,
DOMINO
D. CHRISTIANO HEROLD
IVRIS CONSVLTO CELEBERRIMO,
POTENTISSIMO REGI BORVSSORVM,
FRIDERICO, MARCHIONI BRANDENBURGICO,
S. R. I. ELECTORI ETC.
A CONSILIIS AVLAE, IVSTITIAE, VENA-
TIONVM AC LIMITVM GRAVISSIMO,
DOMINO, PATRONO, ATQVE AVVNCVLO SVO
MAXIME COLENDO HONORANDO QVE.

A I R O
MAGNITICO, PRAEVIDILISSIMO,
EXCELSITATIBUSQ; AD
DOMINO
D. CHRISTIANO HEROLD
IARIS CONSARTO QUTREERRIMO,
POTENTISSIMO NECI BORASSORVM
HERZERICO, MARCTIONI FRANDENHARICCG
ETC ETC ETC
A CONSILIIS AVVER, IASITIAE, AVNU
TTONIA V; FIMIATA GRAVASSIMO,
DOMINO, PATRONO, ATOAE VANNEADO SVO
MAXIME COLENDO HONORUNDQ; AD

PATER ET COLENDO.
VIRO
MAGNIFICO, PRAENOBILISSIMO,
EXCELLENTISSIMOQUE,
DOMINO
D. GVILIELMO HIERONYMO
BRVCKNERO
IVRIS CONSVLTO CELEBERRIMO,
CONSILIARIO SAXONICO,
PANDECTARVM PROFESSORI PVBLICO
IN ACADEMIA IENENSI, CVRIAЕ PRO-
VINCIALIS, FACVLTATIS IVRIDICAE, ET
SCABINATVS ADSESSORI GRAVISSIMO,
DOMINO, PATRONO, AC PATRVO SVO
MAXIME COLENDO, HONORANDOQUE.

VIRIO
MAGNIFICO, FRANCOBOLISIMO,
EXCELSITISSIMOAE
DOMINO
DEGATIBRIMO HIERONIMO
BRAGNERO
IARIS CONSALTO CEREBERRIMO,
CONSIDERABO EXOMIS
LUNDICARIAE PROFESSORI TABRICO
IN ACADEMIA FENESTRI CARIVR PRO
VINCIVTIS VYGAIATATIS IAVIDICE
SCVMMVTA ASSessori GRVASSIMO
DOMINO PATRONO AC PATRAO SVO
MVLIME CORFENDO, MONORDINOOAE

VIRI MAGNIFICI EXCELLENTISSIMIQUE,

PATRONI COLENDI,

autem deinceps sic illa pietatis. Logos aero datus
tunc illicet. Sic illa pietatis. Logos aero datus
autem deinceps sic illa pietatis. Logos aero datus
autem deinceps sic illa pietatis. Logos aero datus



Uanta vos suspiciam animi
reuerentia, quanta pietate,
quanto studio vos obser-
uem, etiamsi studiosius pau-

lo & in conspectu omnium exprimere, VESTRAE
partim doctrinae laudibus, & prudentiae virtutis-
que splendore, quem maiorum gloria comitatur
perpetuo, partim VESTRA in me humanitate,
singuli prorsus, & cum voluntate, ad me aman-
dum propensa, arctius coniuncta, jam pridem
inuitatus sim atque incensus: temporis tamen in-
constantia, & ingenii mei imbecillitas, & inopia

rerum

0198

) C

atque

rerum & caussae complures aliae impedimento
fuerunt, quo mihi de consilii sententia minus
agere liceret. Sic sunt humana. Postea vero quam
ipse meum genium defraudare coepi, omnes co
me cogitationes conferre oportebat, vt honestio
ribus studiis moribusque & VESTR A M mihi be
nevolentiam perpetuo retinerem, & aliorum
qui honestatis acerrimi sunt aestimatores, ani
mum conciliarem penitus. Quae & ipsa caussa
fuit, cur VOBIS VESTR IS que nominibus hanc
dissertationem inscriberem, animi quadam in
ductione a VOBIS rogans, vt id, quod jure abs
me poteratis exigere, officiose oblatum VOBIS
totum vindicetis, & sic de instituto meo statua
tis, vt cognoscam, VOBIS non plane ingratum
fuisse leue quidem hoc, sed VESTRI amore ob
seruantiaque magnum certe officii pignus. Enim-

uero

uero ipsa quidem, fateor, VESTRIS personis
haud digna est dissertatio, non eam ob caussam,
quod materia in illustres viros haud conueniat:
scimus enim rem nummariam summos etiam ho-
mines colere atque in deliciis habere, ad omnem
historiarum elegantiaeque cognitionem utilissi-
mam: sed potius, quod non ex orationis habitu,
neque ea legis obseruatione condecorata ince-
dat, ut VESTROS in se oculos animumque con-
uertat. Quod etiamsi culpa non careat plane,
VOBIS que fortasse non tantum omnem volupta-
tis sensum auferat, pro VESTRA tamen prudentia
ut benignius accipiatis confido prorsus. Non
enim exigua est naturae benignitas, quod vos
propinqua cognatione attingam, viros excellenti
laude praestantique dignitate conspicuos, & di-
gnos sanc, quos vniuersa gens BRUCKNERIANA

atque HEROLDIORVM, multis nominibus cla-
ra, reuerenter habeat. Ego certe moueor, vos,
familiae nostrae ornamenta certissima, exemplar
mihis studiorum omnisque vitae dignioris propo-
nere: quid enim jucundius, quid laudabilius,
quam eos intueri semper atque imitari, qui opti-
mi sunt & summis etiam principibusque vi-
ris probantur? Sed vos hoc etiam addatis velim,
VIRI EXCELLENTISSIMI, ut studia mea,
quaecunque sunt, VESTRIS in posterum consiliis
atque auctoritate juuentur. Valete. Errfuriae
D. VIII. Julii. CICCI CCC X.

MAGNIFICORVM ATQUE EXCELLENTIS-
SIMORVM NOMINVM VESTRORVM

HIERONYM. FRIDERIC. BRUCKNER.



S U M M A.

Nummi inuenti ad commerciorum usum, non ad ostendandum ingenium: neque necesse omnibus, ut originem nummorum scrupulose inquirant. §. I.
Origo autem non est a patribus ante diluvium accersenda, §. II. quae fortasse rectius deducitur vel a Siclis, qui an Abrahami tempore jam fuerint, dubitatur, §. III. utiles tamen sunt ad controuersiam de litteris Hebraeorum antiquis, §. IV. vel a moneta Iobi aetate oue signata: quanquam Iudaei de maiorum suorum nummis lepide somnient §. V. Nummi ab aliis etiam gentibus adhibiti sunt, in primis a Graecis, §. VI. & Latinis, qui & aureos & argenteos habuerunt, varie signatos & nonnunquam valde depravatos, §. VII. Mis- sis aliorum nummis de Germanorum tantum dicendum est §. VIII. Taciti de Germanorum monetis testimonium non est reuiciendum, sed recte interpretandum §. IX. Primi Germaniac cives proprias monetas non habuerunt, bello, non artibus dediti §. X. sed Romanorum monetis adsuenerere §. XI.

A 2

Fran-

Francorū reges varios incuderunt nummos, §. XII.
 solidos imprimis & denarios, non autem bractea-
 tos; a quibus jus monetandi etiam in Spirensis
 deriuatum §. XIII. Ex Caroli M. & Ludouici
 Pii nummis multa disci possunt. §. XIV. Germa-
 ni non prius signarunt nummos, quam fodinas
 haberent: quales priscis jam fuere Asiae Africæ-
 que gentibus, §. XV. Goslarienses sunt Germa-
 norum antiquissimae: sequitae Fribergenses,
 Schneebergenses, Annabergenses, Mansfeldenses
 §. XVI. tum bracteati nummi inuauerunt, a quo
 tamen sint apud Germanos inuenti, incertum est,
 §. XVII. Grossi reperiuntur antiqui, Schrecken-
 berger, & monetae vulgares aliae, §. XVIII. XIX.
 Jus autem monetandi, Imperatori proprium, sen-
 sim ad Proceres Imperii peruenit. §. XX. Moder-
 ni nummi in contiouersiam veniunt, ex quibus
 obseruantur Saxonici §. XXI. & ii, qui ab Hassiae
 Landgrauis adornati sunt §. XXII. Nummi fo-
 achimici eodem seculo cusi, & Stephanus Stuck,
 clade interemptus, nummo honoratur. §. XXIII.
 Nummi aurei apud Germanos rariores sunt, quod
 paucae sunt auri fodinae: quanquam olim pau-
 ciорibus jus concessum erat aureos nummos si-
 gnandi; aurei tamen Rhenenses memorabiles sunt,
 §. XXIV. Abusus nummorum atque auri quan-
 tius sit, vix dici potest. §. XXV. &c.

§. I. Num-



S. I.

ummos multum ad vitam communem utilitatis atque commodi adferre, ex eo facile constare puto, quod metalla, ex quibus conficiuntur, in suas particulas distributa, ad commerciorum usum in primis adlicant, & quae sua quisque opera fecare deberet aut expendere, jucunda quadam specie commendant. Ex quo simul id efficitur, nummos primum quidem inventos esse, ut usui magis quotidiano (4) inservirent, quam delectationibus oculorum. Neque eos eo comparatos esse, ut suum quisque ingenium in legendis eorum aut describindis imaginibus ostentaret: quem morem nunc adeo inualuisse, ut haud pauci publice jaudent, quam se argutos in fingendis humanis vel illius nummi characteribus gesserint, omnes fere norunt, & nonnulli vel risu commoti, vel indignatione fastus tam inauditi, grauiter dolent. Quo vero tempore primi facti sint nummi, silentio fere cuncti premunt, qui in hoc scientiarum genere se exercere. Ioberto, viro Pontificio, e societate Iesu, rei nummariae nostra memoria peritissimo, ii forte omnem videntur operam perdituri, qui in originem nummorū studiosius vellent inquirere, & ipse illud curiosum magis existimat, quam necessarium. Quod tanto viro hoc facilius dari potest, quandoquidem vix eum quidquam nefariae superstitionis inuasit, ut plane crederet laborem frustraneum, quem quis in nummorū Historia consumeret. His tantum haud necessarium hoc curiositatis studium censet, qui incipiunt in rem nummariam amore ferri, & qui praeter eorum cognitionem nihil aliud quidquam querunt.

A 3. ad hanc. §. II. An

(4) Et inde ad questionem: an nomini originem suam juri ciuili Romano, aut juri gentium debant? facile responderi potest. Conf. Contingū Dissert, de re nummaria in republ, quavis recte instituenda §. IIX.

An ad homines ante diluvium studiis ac rebus gestis claros recurrentum sit, non dubito solum, sed & plane illicitum stolidumque esse arbitror: dum eorum ratio viuendi, ut in aliis, ita & in hac parte maxime a nostra fuit diuersa. Nihil igitur fuit, cur Guilielmus quidam Rouillus, Gallus, nummos Adami & aliorum viorum, quorum prima mundi aetate pietas memorabilis fuit, lepide quidem fingeret, sed falso & alidaeter. Is namque anno C10 10 2111. Parisiis typis exscribi curauit: La premiere partie & la seconde partie promtuaire des medalles des plus renommes Personnes, qui ont ete de puis le commencement du Monde: quibus nummos exhibet a condito orbe exsculptos ad Francisci I. vsque tempora. Quid de eius opera ac labore, cui certe non pepercit, sentiendum sit, alii judicent. Mihi quidem in multis ad fabulas comminiscendas compositus videtur, aliqua tamen excusatione dignus, si ita se instituit ingenii tum sui, tum aliorum oblectandi causa. Herodoto Gyges, rex Lydorum, primus videotur nummos cuisse: quem quidem, cum auri argenteique pondera haberet, nummos fecisse, non dubium est, sed eum primum fuisse, ex temporum ordine plane negamus. Fabulam de eo ex metallicoruni vsu egregie interpretatur Mathesius (b) istiusmodi rerum peritissimus scientissimusque.

Ad gentem Hebraeorum (c) ante omnia aduertendum esse duco, quae ipsius hac in re cura fuerit ac solertia: quod non antiquissima solum ea habetur, sed & reliquas ingenii cultura ac inuen-

tiendis

(b) In Sarepta s. Berg. Possessu / Norimbergae 1578. edit: Sermon. XIV.

(c) Ioannes Andreas Schmidtus in dissertat: de re nummaria Hebraeorum, sive vera sive ficta, sive ad res eorumdem respiciente. Ioannes Seldensis de iure naturae, & gentium juxta disciplinam Hebraeorum. Libr. II. c. 6. pag. 186. 187. 188. 192. 193. nonnullos exponit Hebraeorum nummos, quos vel ipse possidebat, vel ab aliis acceperat perlustrandos. In primis eo laborat, ut ex nummis etiam demonstret, Judaeos nullas habuissent neque hominem neque animalium imagines. Eiusmodi autem nummorum figurae repetiri scribit apud Atonium. Augustinum, in dialogo 2. 10. Baptist. Villalpandum in Apparatus verbis & templi part. 2. libr. 2. disput. 4. cap. 27. Casparum VVaserum, libro de antiquis Nummis Hebraeorum, Ioannem Moriam, in pentateucho Samaritano Exercit. 2. cap. 10. c. 1. p.

(87)

nientis rebus, ad vitam necessariis, multum anteiuit. Hanc primu-
Siclis usam esse, monetae specie, sunit, qui ex sacris litteris non con-
iectura, sed firma sibi fide persuadent; loco in primis Genesios (*a*)
inducti, ubi Abrahamus resertur quadringentis siclis argenteis
cōemisse agrum ab Ephrone, viro apud Hethitas clarissimo. Qui-
bus quidem ex verbis aliqua sit significatio, id temporis omne ar-
gentum, quod in commercium adhibebatur, non numeratum, sed
appensum esse. Et quanquam heic Siclorum iniiciatur mentio,
qui postero tempore idem fuerunt Israélites, quod olim Romanis
pecunia: sciendum tamen est, eos Abrahāmi aetate jam obtinuisse,
vix fide dignum, & quod euincat plane, adferri posse argumen-
tum. Siclis a ^{לְבָשׂ} nomen est, & heic pondo librarum signi-
ficant, non argentum signatum: quod etiam placet Goodwino
(*e*) alisque. Neque verba: Siclos vsu praeceptos tum tuisse;
quidquam huc valent: aequē enim de pondere, atque de mone-
ta explicari possunt commode. Evidēt haud sum nescius,
Mathesium (*f*), doctrina & pietate immortalem virum, curiose
disputare de nummo aliquo Abrahāmi, seque testari duos posside-
re nummos ab Hassensteinio, tum virtute rebusque gestis, tum
generis antiquitate nobilitati, acceptos, quos Boisiaus ab Has-
senstein in colligendis libris rebusque rarioribus valde industrius,
secum ex terra sancta attulerit. In iis autem verba leguntur
Hebraice scripta: Zekan, cum littera inferne adposita, נ, &
Zekonah, cum littera ד, in aversa parte nomina reperi Bachur,
cum נ. & Bethula cum י. At vero quanta huiusmodi nummis
fides habenda sit, quilibet ingenio haud agresti praeditus facile
perspicit. Vix enim est credibile, Abrahām eorum mores
imitatum, qui argentum variis litteris in sui memoriam signari
curant: & quamuis tandem concederem, eius aetate nummos
jam adhibitos esse, modus tamen & arguta litterarum significa-
tio ab omni prouersus antiquitatis usu recedunt. Magis ergo con-
sue adhuc ellipsoz oculis solutum, utrumque inveniatur quia con-
venit.

(*a*) Genes. XXXIII. Commar. XV.

(*b*) in Mose & Aaron libr. VI. cap. X. §. 18. Minneps anno 11. in lib.

(*c*) I. c. Sermon. XI. V. pag. C L X I I . & ex eo Schildand; Pastor olim in valle

Nicolai, zum Clausthal im Geistlichen und Erbischen Bergwerk Fran-

zö b. Kloster gefund, 1696. impress. Sermon. I. pag. 64.

Sentancium est, nummum istum ab alio multis seculis post confectum esse, quam ab ipso Abrahamo, Simplicitatis pietatisque amantissimo. Successu vero temporis Siclos receperunt Israelite, ex Aegyptiorum potissimum seruitute in libertatem vindicati, quorum tamen duo genera fuisse, nempe Siculum sanctuariorum, & Siculum in usum reipublicae, vix commonendum est, quod diuinae litterae vtrumque commendant, & tot sunt tamque praeclarri viri, qui de Siclis veterum Hebraeorum scripterunt, ut frustra esset, post aliorum messem spicas velle colligere.

Caeterum Sicos Judaeorum diligenter aduertisse tum qua litteras tum qua figuris, iis insculptas, praecclare juuat. Quis enim tam ignarus est, tam negligens rerum, ut ne rumore quidem vnuquam acceperit, quam grauiter de genuinis Hebraeorum litteris dissidenter erudit? complures ut veritatem accuratius clementur & inuestigent, ad nummos confugiunt, & in iis Samaritanos characteres reperientes se putant rem praecclare gesisse, eosque vere apud Judaeos olim venisse ysu. Nummi eius generis permulti haud procul ab urbe Hierosolyma aliquando effosi sunt, & a Dillherro, a Kirchero, ab Hottingero, ab aliis jucunde exhibentur. Et cum hactenus non nulli, praestantis etiam doctrinae viri, fidem nummis istis habendam esse negauerint, mirum est, quam fortiter se alii in defendendis iis gerant, aut rem nondum satis exhoratam perspectamque esse contendant. Non ita pridem illutris Spaehemius, eruditorum facile princeps, reiecta sententia, quae ipsi antea sedebat, praeter multorum opinionem, ita judicauit (g), viros, minus etiam in hac orientis litteratura exercitatos, de nummorum, Samariticis, Assyriisue characteribus signatorum, antiquitate pronunciasse securius, pro adiectu quo vel in Samariticis vel Assyrias litteras ferrentur; fidem id genus nummorum suspectam quidem esse, nequa tamen e falsorum adspicu statim patere, nullos omnino extitisse culos aut signa-

(g) dissert. II. operis elegantissimi doctissimique, delivin & praestantia summa-
clav. illius milium editionis secundas, quæ c. 1. v. 1. c. v. II. facta est Oxoni. (Spec-
tum in quoque ad fulget, fore viri Prolustris alterius quoque Volumen op-
eris illius diuini certe & incomparabilis confidias. Et ex epistola ad Cl.
Kusterum Arisoponam Comodius praemilla Amstelod. 1710.

9
Egnatos ante vel post Babylonicam Hebraeoram captiuitatem; se quidem in praeclaris cimeliarchis incidisse subinde in Judaeorum nummos, & cum Samariticis litteris, quos pro sinceris ac antiquis agnoscere compelleretur: de aetate, & loco, de conditio- ne erutorum in Judaea vicinisue locis nummorum constare oportere, antequam de illorum omnium fide tuto possit pronunciari. Ego vero sic mihi persuadeo, ex nummis vix posse argumentum deponi, quo vere emergat, sacrum codicem Samitanis primum litteris conscriptum esse. Quamuis enim vel maxime poneretur, eiusmodi nummos vere esse antiquos & ab ipsis Judacis factos, fieri tamen potuit, ut Judaei vel aliorum subinde veterentur characteribus, quod hodie a Germanis fieri solet, qui litteris saepe Latinis scribunt, suosque nummos signant; vel duplex haberent scribendi genus, quod Oweno (*b*) doctissimo Anglo, probatur. Accedit, quod nummi etiam reperiantur, litteris quadratis notati, qui hodie quidem rariores sunt, eam potissimum ob caussam, quod ante captiuitatem adhibiti, terra Ju- daeorum deaestata direptaque, perierunt: cum ex aduerso se- cundo urbis excidio complures Judaei, ut est apud Josephum, res sibi carissimas, & in his forte nummos, in terra recondide- runt.

§. V.

Nummorum interim usum jam Jobi aetate obtinuisse, & ab iis temporibus omnem eorum originem deducendam esse, ii adfirmant, quibus verba ex libro Jobi (*i*) maximi videntur mo- menti, quae dicunt, eum a singulis amicorum, posteaquam ad pristinam salutem rediisset, monetam dono accepisse. De du- plici igitur re quaestionem habendam arbitror, an liber Jobi tan- ta sit vetustate, ut ex eo prima monetarum origo & vestigia certo colligi queant? Deinceps etiam, an verba ista monetae speciem significant? Quo potissimum tempore floruerit Jobus, & ex summa felicitate in maximam calamitatem inciderit, adeo incertum est, ut vix doctissimorum coniecturae inter se conspi- rent. Eum vel Josephi aetate vel paulo post vixisse, coniicit

Bud.

(*b*) In Θεολογία μένων Libr. IV, digressione II, de litteris Hebraeorum.

(*i*) Cap. XLII. comm. XI.

Buddeus (*k*), alii pertinaciter contradicunt. Pariter de ipso libri auctore mirum in modum dissentient eruditii, quod ex, Lambecio, (*l*) ex Heideggero, (*m*) ex aliis, satis abunde cognoscitur. Quare ex libri quidem antiquitate parum enascitur, quod pondus aliquod ad antiquitatem nummorum istorum conferat. Et facile quis in eam ingrediatur sententiam, quod facit Heideggerus, auctorem posteris vixisse temporibus, & rem omnem, ex schedulis collectam, ad sui seculi genium instituisse. Sed tamen ex altero, de quo dicendum est, nonnihil roboris accedere video. Quamuis enim in Hebraeo sermone vox נִשְׁׁמָה, quae agnum significat, suspicionem iniiciat, annon ex permutatione rerum, tum haud infrequentis, verba ista sint exponenda, & amici atque cognati ad Jobum ea munera, agnos scilicet, heddos, & eius generis detulerint, quae maxime in commercium venire soleant: non tamen adeo inepte dici, vocem illam monetae genus indicare, contendit Goodwinus, (*n*) ea potissimum de causa, quia idem nomen & de Jacobo (*o*) adhibeat, quem tamen Stephanus, (*p*) primus ecclesiae noui foederis martyr, agrum fateatur pretio argenti redemisse. Mirum est, Judaeorum gentem, ex primo dignitatis fastigio deiecitam, adeo sapientiae laudes desperdissimae, ut non in aliis solum rebus, quae ad scientias pertinent, sed in nummorum etiam antiquorum forma ad mendacia discedat & fere deliret. Abrahami namque iurumis Judaei insculptos suisse censent ex una parte senem atque anum, ex altera juuenem ac pueram; Iosuae in anteriori parte bouem, & in auersa monocerota? Dauidis ex uno latere baculum & peram, ex altero turrim; Mardochaei denique sacrum & cineres, in parte autem postica coronant. Lepidae profecto fabulae sunt, & omni omnino risu dignae, quae neque se

(*k*) In introductione ad Philosoph. ad Ebraeor. §. 2.

(*l*) In Prodom. Libr. II. cap. 1.

(*m*) In Enchiridij Biblici Libr. I. cap. xxxvi. Conf. simul Frid. Spanhemii filii Historia Iobi, Geneu c. 15 cl. xx. 4. edit.

(*n*) De ritibus Ebraeorum Libr. vii, c. x, §. 7.

(*o*) Genef. xxxii. l. 19.

(*p*) Actorum vii, 16.

§C (11) 58

se Lightfooto, nugarum istiusmodi amantissimo, cum eas enarrasset (q), adprebarunt.

§. VI.

Postero tempore nummos plerisque totius orbis gentibus vsu venisse, & Aegyptios, (r) Syrios, (s) Babylonios, Phoenicas (t) eos adhibuisse, nullus est, qui ignoret aut dubitet amplius. Adhuc nummum circumserunt, quamuis rarissimum, quem Dido, ex Tyriis oriunda, Carthaginis, in littoribus Africæ vrbis potentissimae auctor, eudi curasse dicitur. Graecos in primis (u) cura tenuit, nummos cudendi & iis rerum ge-

B 2

sta-

(q) Horis Hebraicis, ad Marci Caput xii, vers. 16.

(r) Joannes Vaillantius, quem Jobertus egregius amplissimisque ornatus laudibus, a Colberto in Italianam, Siciliam, Graeciamque missus, ut variis collecti numismatis supellec̄tione, regi Galliarum a Gastone, Duce Aurelianensi, donatam, locupletaret, anno huius seculi primo Amstelodamū publici juris fecit Historiam Ptolemaeorum, Aegypti regum, ad fidem numismatum accommodatam.

(s) Idem Vaillantius jam anno seculi superioris octogesimo primo Seleucidarum s. Syriae regum historiam ex nummis ipsorum restituit, quam ipse Cellarius pluris fecit.

(t) de Tyriis res est clarissima, & eorum nummum exhibet Spanhemius l. c.

(u) De Graecorum nummis plures scripserunt, quales sunt Golzius, qui opera sua Siciliam, Graeciam magnam, & Insulas inscriptit. Harduin liber de nummis antiquis populorum & vrbiis illustratis, cui jungendum suadet Jobertus ipsius Antirrheticum: dolendum tamen, Harduinum in Prolusionibus ad Chronologiam, ex nummis restitutam, eo audaciae abripi, ut nouam fere Historiam Graecorum ac Romanorum conderet. Interim praetermitteandum non est, quod Dominus la Croze, regi Borussorum a Bibliotheca, jam anno 1707, contra Harduinum ac Germonium agere cooperit in dissertationibus Gallicis, Roterodami praeternisso suo nomine editis, & 1708, pariter vindicias veterum Scriptorum contra Joannem Harduinum scripsit. Harduin autem opera selecta c. 13 c. 14. Amstelodam prodiuerunt splendissime impressa, ex quibus obsernare libet, Antirrheticum Harduin aduersus Vaillantium omisum, & additiones arque emendationes, nummis populorum & vrbiis adiectas, locum eius vicesque gerere. Ex ipso etiam libro de nummis populorum, etiam si Hardinus eum tanti saceret, vt Errata Antiquiorum inscribi potuisse jactarer, nunc multa resecurit inutilia, plura autem addidit vel verba vel dissertationum specimina. Vaillantius quoque numismata edidit altera vice 1700. fol. Imperatorum, Augustarum, & Caesarum a populis, Romanae ditionis Graece loquentibus, ex omni modulo percusa: accessit etiam de notis Graecorum numismatum litteralibus & numeralibus explicatio,

¶ (12) ¶

starum famam amplificandi. Quos cum Romani sibi in omnibus stu-
diorum generibus imitandos proposuissent, fieri non poterat, quin
& hac ex parte eorum mores adsciscerent, & gloriae cupidores id,
quod praecclare factum cum ex oculis hominum auribusque citius
euolaret, & silentio tradi videretur, auro atque argento, mutis tan-
quam testibus, aeternitati commendarent, posterisque, tanquam
ante oculis gereretur, exhiberent conspicendum.

§. VII.

Equidem Romanorum monetas initio simplices fuisse, ex
rudi cupro confectas, imo saepius ex corio, ut Numa regnante,
& omni tum imagine, tum signo alio caruisse, plane ex eo,
quod Plinius (x) enarrat, collectu est facile. Is enim Serui-
um Tullium, quartum Romanorum regem, dicit primum pe-
cudis imagine cuprum signari jussisse, & inde monetas nomen
acepisse Pecuniae. Quae vero de Iano veluti primo monen-
tae apud Italos auctore, qui signa coronae pontisue aut nauis ei
impresserit, relata leguntur, non sine causa Cl. Lobertus (y) in
fabularum adscribit numerum. A libris libralibus, vt inter om-
nes constat, Romani initio vsi sunt, quorum de valore non he-
bitiori ingenio dispicit doctissimus Eisenachmidius in disquisiti-
one noua de valore pecuniae veteris, scripto isti de ponderibus
& mensuris veterum Romanorum & Hebraeorum juncta. Gui-
lielmi Budaei, Parisini, opus (z) de Asse & partibus eius labo-
ris pretio incomparabile videtur: quamquam haut incognitum,
quid nonnullis in eo displiceat. Fridericus enim Hotomannus,
ICtus, in praefatione libri de re numaria populi Romani, quem
vna cum dissertatione de Aureo Justiniano, & Volusio Maeti-
ano, Rhemnio Fannio, Prisciano Caesariense de Asse, ponderi-
bus & mensuris, & Ioachimo Camerario de numismatis s. mone-
ta Graecorum & Romanorum Anno c15 15 LXXXV. edidit, Bu-
daeum libros suos nimis confuse scripsisse judicat. Cum postea
res Romanorum crescere coepissent, & maior vndique diutiarum
copia adflueret, auro quoque atque argento vsi sunt. Argenteos
quippe numeros A.V.C. CCCCLXXXIV., & aureos anno D LXII, coe-
pisse,

(x) Libr. xviii. Cap. III. Histor. naturalis: Seruus rex ouium bœumque
effigie primus aes signavit.

(y) Praeceptione v. pag. 64.

(z) Libris v. Parisiis c15 15 XII, fol. editum.

pisse, adeo cognitum est, ut ne repetendum quidem videatur ex Plinio (a) auctore, cui maxima hac in re fides est habenda. Varia autem adparere signa in nummis istis, in denariis X., in Quinariis V. in Sestertiis LLS., in denariis bigatis bigas, in quadrigatis quadrigas, seu currus triumphales, perquam diligenter notat Carolus Patinus, in Introductione ad historiam numismatum, (b) libello utilissimo. Imperatores etiam Romanorum, quorum nummos in imperii superioris & inferioris diuidunt, variis vtuntur signis in nummis, quae ab eodem Patino (c), Morellio, (d) aliisque (e) oculis intuenda perquam scite obiciuntur. Neque heic omit-

B 3

ten-

(a) Libr. xxxiiii. Cap. IIII. Hist. naturalis. p. m. 584.

(b) Amstelodami c. 19 cl. 19 c. xxxiiii. in 12. typis exscripta. Thomas quidem

Crenius in dissertatione I. de furibus librariis pag. 87. suspicatur, Patinum multa ex Sauoti campis in sua horrea transtulisse. Et fatendum omnino Patinum Sauoti vestigia secutum esse, & praecpta de re numaria in ordinem redeisse. Quod vero si furum dicendum, plures hodie es-
tent in eodem studio fures & plagiarii, de quibus idem fortasse, quod de

Celsio Horatius : libr. I. Epist. 111.

Quid mihi Celsus agit? monitus multumque monendus

Pruetas vt querat opes, & tangere viret

Scripta, Palatinus quaecunque recepit Apollo,

Ne si forte suas repetitum venerit olim

Grex avium plumas, moueat cornicula risum,

Furtiuis nudata coloribus.

(c) In Thesauro numismatico anno 1510 cl. XXII. Lutetiae Parisiorum edito. Auctortum Medicus Parisinus Cap. I. de nummis ex auro differit. Cap. II. de nummis Graecis, III. de nummis Consularibus: Cap. IV. de nummis argenteis Imperatorum Romanorum. Cap. V. de nummis aereis ex maximo modulo. e. s. p.

(d) In Specimine vniuersae rei nummariae antiquae, Lipsiae 1695. cum eruditorum opere communicato. Tabulis XXII. Imperatores ad Procopium usque perfequunt exploraturus quo animo eruditus suum thesaurum veterum nummorum, quem tum moliebatur, ut ex epistola III. Spanhemii ad eum patet, exspectent, ant excepturi sint. Operam quidem Morelli inchoatam re-liquit, sed relam ceptam multo labore magnaque doctrinae adparatu per-texuit Schlegelius, multis claris nominibus, ita ut cuncta parata sint ad prelum.

(e) Huc in primis Vaillantii Numismata Imperatorum, Augustarum, & Caesarum, ex omni modulo percussa, quae quidem Latine inscripta; ubi singula numis- mata adcurate explicantur, & multa Geographiae antiquae lux accen- ditur. IV. constant vol uminibus. De familiis Romanis etiam Patinus aliquique commentati sunt ex nummis. In primis Pauli Pedraui opes sue

tendum est Jacobi de Strada, Mantuani, magnum ac nouum opus, continens descriptionem vitae, imaginum, numismatum, omnium tam orientalium, quam occidentalium Imperatorum ac Tyrannorum cum collegis, coniugibus, liberisque suis usque ad Carolum V. Imperatorem. Quod multis tomis comprehensum, quorum primus A. D. M. D. L. Comiti de Fuggern nuncupatus est, picturas nummorum terse ac polite factas exhibet, & raro est, multique pretii ac laboris, vix tamen ad nummos Imperatorum adecurate discernendos idoneum. Julianum Apostamatum nummis suis taurum impressisse, ex Sozomeno (*f*) accepimus, qui simul commemorat, Antiochenos, annonae caritate offensos, eam ob caussam Juliani monetam exagitasse, irrideule exclamantes, mundum ab eo, imperium administrante, non aliter atque a tauris ferociibus, qui cornua in sublime jacent, labefactatum euersumque esse. Caeterum adhuc dignum videtur obseruat, variis inter uallis monetas Romanorum mirum in modum deprauatas esse, & iis restituendis consilium saepius adhibitum. Gratidianum namque suum officio boni viri tum non functum esse, grauiter conqueritur Tullius, (*g*) cum praetor esset, collegium que Praetorum Tribuni plebis adhibuissent, ut res nummaria de communi sententia constitueretur: iactatum enim temporibus illis nummum, sic ut nemo posset scire, quid haberet. Idem fere post Augusti obitum accedit, cum nummis subaerati, tale erat genus, quod ex cupro constatum, argentea tamen lamina tam arcte incrustatum, ut nisi facta scissura, vix aut ne vix quidem dignosci posset: cum isti cumulatim prodirent, sed, ut Iobertus ex Morellio obseruat, fraude patefacta per edicta publica vetarentur.

§. VIII.

Thefaurus numismatum Farnesianus, cuius quatuor vel quinque tomis Parmae fol. prodierunt, commemorari debet, quod in so Caesarum aureos atque argenteos nummos, maximos eorum aereos, medioctes simil & minores consulares, s. Familiarum nummos, & denique exterorum regum nummos exponendos fibi sumvit. Qui familias Romanas ex nummis illustrarunt, sunt praeter Paxium ali complures. Anno 1605. Abrahamus Gofflaens in publicum emisit Thesaurum numismatum Romanorum, aurorum, argenteorum, aereorum, ad familias eius verbis spectantium usque ad obitum Augusti, fol.

Libr. v. Histor. Eccles. Libr. vii. officium Cap. xx.

Haec tenus de origine nummorum eorumque apud complures gentes dignitate. Nunc quidem ad Gallos, ad Anglos, aliosque populos progredi possemus, & forte non sine oblectatione ostendere, qua ratione ^{ii.} quoque abiecta animi morumque ferocitate, & excuso seruitutis jugo, nummos elegantiores consecentur: praesertim cum Britannos Caelar (^b) vlos esse aut aereo, aut taleis ferreis ad certum pondus examinatis, & Nicolaus Kederus e regia societate Holmiensi in libro (ⁱ) de nummorum in Hibernia, antequam haec Insula sub Henrico II., Angliae rege, Anglorum facta sit juris, cuforum, indagatione non multa solum praeclare differat de Nummis Hibernorum, sed & catalogum adiungat nummorum Anglo-Saxonorum, & Anglo-Danicorum. Cum vero id non agimus, vt omnem nummorum historiam penitus exhaustriamus, quod neque tempus neque ingenii vires permetterent: pauca tantum decerpere lubet ex aliis, quae ad Germanorum monetas nummosque facere videntur. De Italorum namque nummis, qui Romanorum in locum successerunt, pauca occurrunt obseruatu digna. Pontificis Romani sanctitas pariter & auctoritas apud eos magni habetur, vt minus mirandum, eius quoque nummos maximi videri pretii. Quamvis autem Pontifices multis abhinc seculis jure hoc nummos adornandi, Caesaris beneficio, an sua potestate, incertum, vni sint; quod Stephani II., Paulli II., ac Stephani III. exemplis patet; neminem tamen adhuc illorum nummos adspexisse, facile mihi persuadeo. Neque audiendus est Baronius, vir cardinalitia dignitate atque inaudito scribendi studio clarissimus, qui Leonem I. anno 461. numnum incusisse annalibus suis prodidit. Hic enim nummus non ad Leonem I., neque ad Leonem III., quod aliis videtur, pertinet, sed ad Leonem VIII., qui seculo X. dignitatem Pontificis indutus memoriam sui contra obrectatores hac ratione posuit. Quare doctissimus (^l) Vignolius, noua quadam arte

De-

(b) in Comment. de bello Gallico Lib. v. Cap. 12.

(i) Lipsiae 1708. 4. edit.

(l) Joannes Vignolius Romae 1709. antiquiores Pontificum Romanorum denarios primum in lucem edidit, nonisque illustravit, de quibus Lipsiensis in actis c. 1900. Januar. p. 29.

Denarios Pontificum descripturus, primum eorum auctorem
statuit Hadrianum, anno D C L X X I I . in sanctam sedem electum.
Ad propositum reuertamur.

S. IX.

Maiores igitur Germanorum rudes fuisse homines & venationibus Martisque studiis magis deditos, quam litteris, aut aliis ad commercia vitaque commoditatem necessariis rebus, saltem ex iis perspicitur, quae Tacitus non adeo quidem inique de moribus Germanorum memoriae prodit. Is namque scribit, (n) argentum atque aurum propiti, an irati Dil negauerint, se dubitare: nec tamen aestimare, nullam Germaniae venam argenti aurumque gignere: quis enim scrutatus sit? Possessione & vsu haud perinde adfici. Apud illos videri argentea vasa, legatis & principibus eorum muneri data, non in alia vilitate, quam quae humo finguntur, quanquam Galliae proximi ob usum commerciorum aurum & argentum in pretio habeant formasque quasdam Romanorum pecuniae agnoscant atque eligant. Inferiores simplicius & antiquius permutatione mercium vti, pecuniam probare veterum & diu notam, servatos bigatosque. Argentum quoque magis quam aurum sequi nulla adfectione animi, sed quia numerus argenteorum tacilior usu sit, promiscua ac vilia mercantibus. Fide plane digna oratio. Non enim Germania ita sterilis est, ut montibus atque conuallibus horrorem iniciat sine utilitatis exspectatione: sed quod id temporis (n) annona fuerit auri atque argenti, culpa tactum est ciuidum, qui parco & parabili victu contenti, paulo liberius viuentes, genio indulgebant, & parum curabant auri atque diuitiarum pondera. Cum autem postea crebrius armis congrederentur cum Romanis, qui tum auro argentoque splendidi erant, & quam saepissime pecuniam ostentandi causa secum adferebant, eos quoque auri sacra fames incessit, ut identidem eius generis dapes ad extasiandos oculos exoptarent. Serratis imprimis bigatisque delectati sunt: quo- rum

(4) in *Commentariis de bello Gallico* l. 6. c. 12. s. 1. de moribus Germanorum p. m. 799.

(m) de moribus Germanorum p. m. 799.
(n) M. Ioannes Deuterus in Metallicorum corpore juris prooemio ad quæstionem: Warum doch die Bergwerck bey den Alten Deutschen / und andern Nationen vor Zeiten zu bauen unter lassen werden? haud incongrue
gessunder.

rum de nominibus ipsi difentientur (o) eruditii, & ferratos vel de typo ferrae insculptae, vel de dentibus vndeque adiectis, vel de modo nummos per ferram sive lunam explorandi adpellatos esse censem. Tandem edocet ex terris pretiosa ista effodienda, ipsi manum admouerunt, & eo progressi sunt in apereiendis fodinis & eruendis metallis, vt nunc nulli Europae genti aliquid in diutius, a natura datis, concedant, sed omnes vel secum adaequent vel maxime antecellant. Quare jam pridem in eudendis nummis veteres imitati sunt, sed dolendum, eos non tanta ingenii felicitate hactenus fuisse, vt laudem elegantiae ab aliis reportarent. Maxime iis, qui extra Germaniam degunt, & fere id unicum agere solent, vt Germanorum studiis ac laudi detrahant, displicet, quod nummi Germanorum inscriptiones ostendant nimis prolixas & inutilibus rebus plenas. Neque sibi Iobertus (p) temperare potuit, vir caeterum magna animi moderatione, quin hac in re reprehenderet Germanos iisque Baratuos, simili vanitati inhiantes, socios adiungeret, nulla inductus alia ratione, quam quod omnis prorsus antiquitas eius ignoret generis prolixitatem. Et quamuis hodie eo elaborarint nonnulli, viri docti & prudentes, vt hoc opprobrium, si tanto dignum est nomine, delerent, eamque ob causam Legenda & inscriptiones ad veterum rationem instituerint: nondum tamen modus est inuentus, quo communis & inueterata eorum apud nos opinio tollatur, quibus nulli probantur nummi, nisi amplissimis verbis omnibusque honoris titulis onusti. At enim vero res saepe ita sunt comparatae, quarum causa nummi conficiuntur, vt nesciret quisquam, quid sibi velint Legenda, quid inscriptiones, nisi prolixius paulo describerentur. Idque circa Germanos non quidem omnes omni culpa carere dixerint, sed etiam in iustitia donum manu per se admodum rursum.

(o) Confer. Tenzelius in Monat. Unterredungen anno 1689. Mens. Septembr. p. 899. Ceterum cum Taciti verbis conferri possint ea Chiffletti, P. I. Velontionis C. xli. quibus adserit, Germanos Gallicis excultos monribus & consuetudinibus monetam conflasse. Paucum etiam de nummis Romanorum apud Germanos valde caris differit ex Tacito Philipp. Clueerus in Germaniae antiquae Libr. I. Cap. xviij. & ex Herodiani libro vi. adserit, postea Germanos maximam pecuniae cupiditatem incessuisse, quam a prisca continentia paulisper deflexerint.

(p) praeceptione vii, pag. 168.

rim, aliqua tamen dignos excusatione: praeferunt cum coeperint,
quaes neglecta sunt haec tenus, laudabiliori studio compensare,

¶ s. m. X. i. 159 communis obitum ab lev.

Quod vero originem monetarum apud Germanos attinet, ea
valde est incerta: quod primae res huius gentis ita sunt obscurae,
ut forte in glorium sibi quis olim duceret, eas studiosius inquirere.
Nullos reperimus annales, nulla monumenta publice posita, nulla
studiorum vestigia apud veteres Germanos. Quod etiam minus
mirum videatur; quia gens erat, ut jam dictum est, inulta, hor-
rida, barbara, & de sui gloria nominisque immortalitate minus,
quam de utilitate ac bellorum strepitu sollicita. Romanorum ope-
ra, Caesaris potissimum & Taciti, Germanorum memoria non peni-
tus interit, sed conseruata, posteris catulla exstigit, cunabula gentis
suae peruestigandi. Etiam vero complures hodie sint, qui egregie
& copiose de rebus Germanorum antiquis scripsere, nihil tamen, &
ne apicem quidem video de moneticis, quo scilicet tempore apud il-
los obtinere coepirint. Caesaris aetate Germanos omnem pecu-
niae usum effugisse atque prohibuisse, non incongruum est, ex ip-
suis verbis conuicere: dum eos, scribit, (9) quotannis alio transire
cogi, ne aliqua orietur pecuniae cupiditas, qua ex re iactiones dis-
fensionesque nascantur. Germanos non prius summos incudi cu-
rasse, quam regum Francorum imperio, & postquam Romanorum
res dilapsae erant, coniciamus licer.

S. m. X. i. 159 communis obitum ab lev.
Nammos nonnulli a monetis discernunt subtilius, eosque di-
cunt esse in honorem regum virorumque illustrium, & conferuan-
dam rerum gestarum memoriam inuentos; has autem inferuire
ciuium solere commerciis: quanquam scio nonnullos etiam num-
morum nomine reicere, tanquam iis non conueniens satis, qui Me-
talliones adpellantur: & de vocibus istis multum inter se quaesi-
tum Tenzellum (7) atque Heracum, summos nostra memoria ho-
mines, neque tamen item aut dubiam vocum significationem su-
mum ob causis non. Metallios magnum sudibundum & sudor
- (9) Libr. I. Cap. 22. Comment. de B. G.
- (10) Consil. Appendicem Tenzelli ad part. II. linea. Erne. Nummophyl. Sa-
xonici, ubi Herae litterae recententur, quibus vocem Metalium substituit,
daille vispari.

(19)

stulisse. Quam in rentim maria differentiam heie quoque obseruan-
dam esse, libenter iis concedo, a quibus forte mihi occurritur, di-
centibus, hac ratione summa itnis miseri, neque quemquam perspi-
cere posse, quid mihi velim hac narratione: sed tamen veniam hoc
benignius dabant, quod in genere de nummorum (quo sensu cun-
que haec vox accipiatur) origine & progressu dicimus, & nummi
vix alibi locum reperiunt, quam in ea ipsa re monetaria.

Credibile igitur est, Francos in Galliam profectos, seque Ro-
manorum armis, seruitutem portendibus, ingratum liberis homi-
nibus praemium, obiciientes, monetis uti coepisse, & Romanos eo
tempore idem curasse, quod hodie Rex Galliae, vt, pecunia ad ex-
teros deportata, & gratiam inirent, & excitarent admirationem.
Quare sicuti Iudaëis nummi erant, Romani imperatoris imagine
notati, & Christus (1) argumentabatur, eos ad soluendum Cae-
sari tributum teniri, hac in primis de causa, quia nummos impera-
toris amplectentur, ita & Gallis pecuniam Romanorum per-
missam fuisse, posteaquam a Caesare in eorum potestatem essent
redacti, & ab iis Germanos finitos, vt paulo ante commonui, pe-
cuniae usum didicisse, ad probandum non difficilis est, quam ad
eloquendum. Cum vero gentes barbarae non exteris solum Ro-
manorum provincias atque urbes diriperent, sed & ipsam Italiam in-
gressi, Romam, antiquissimam totius imperii sedem ac domicilium,
oppugnarent: Germani quoque, quos tum Francos (2) de libertatis
studio adpellabant, in Galliam (3) profecti, suos ibi reges, Germanoru[m]
sanguine editos, constituere. His etsi regia eslet potestas, & summum
apud suos jus, summa virtus, vt & bella decernerent, & leges fer-
rent, & supplicia exercerent, non tamen eas semper erat libertas, aut
audacia, vt nescientibus aut inuitis & renitentibus Graecorum im-

C 2 pera-

(1) Matth. xxi.

(2) Non enim erat certa Francorum gens, vt & Hunnibalus inepte tradidit, im-
postor ille, de quo Struvius in dissertatione, de doctis impostoribus, & ii fal-
luntur, qui ex loco nescio quo Ciceronis, ubi de Frangonibus scribit, Fran-
cos sibi nominari putant, sed plures Germanorum gentes, foedere confo-
ciatae contra Romanos, id nomen acceperunt. Confer, Iacobus Schil-
dius in elegantissimo libro de coalitione populorum.

(3) Minime placet eorum sententia, qui Germanos in Galliam transisse negant:
vid, Hadrianus Valesius in praefatione ad historiam veterum Gallorum,

peratoribus, ad quos tum summa imperii redierat, quando vellent, nummos possent incidere. Ab his enim seculo demum sexto impetrarunt, ut jure signandi nummos libere vterentur. Et egregie obseruat Jobertus, (x) reges Franciae, ut erga imperatores gratos se publico testimonio gererent, ad sociasse vultum imperatoris, a quo vel in foedus adsciti vel adoptati fuerint. Cum primis autem esse istos nummos Justini & Justiniani temporibus reperiendos, quorum aliquot delineari fecerit du Cangius, Theoberti nimurum, Childerici & Clotarii, singulosque dissertatione erudita in suo Joiuille illustrauerit.

Ex Francorum nummis maxime occurrunt apud scriptores illi, qui solidi appellantur, & denarii, vtrinque signati, & reliquos, in primis cauos, forma modoque superarunt. De solidis dubium, quid adfirmandum. Eorum nomine omnes nummos, qui non cauerant, intelligi, vix dixerim, quod denarit a solidis aperte distinguuntur. Qui iuris disciplinae dediti sunt, varias adducunt solidorum (y) significaciones. In iure, Saxonibus visitato, Solidus dicitur xxi. denarios efficere, sive sex & decem nummulus nouos: in iure autem ciuili denarius idem est, quod aureus: in inferiori Germania solidi xxxii. Jonchiniicum constituant. Seculo vi. Thuringos bracteatis nummis operari dedisse, sunt, qui magna quidem verborum pompa coniiciunt exnummis Gothanis. Quibus quid mihi velim, satis cognitum est. Cum enim seculo xvi. arx Grimmensteinensis, virbi Gothae incumbens, solo aequaretur, in rudibus eius, nescio quis, nummos bracteatos inuenit, a Jacobo Mel. (z) praedeceptione v. pag. 48. Et Hachenbergius in Germania media dissert. x. §. -mi cuius P. 159 sic egregie: Post collatum Romanorum Imperium, quamvis Goths, Franci, Longobardi, viribus ac imperio jam inualescerent, comiter tamen Imperatorum Byzantinorum, qui suos habebant Exarchos apud Ravennam, Maiefas in occidente obserabantur colebaturque. Vnde & pecunia apud Byzantium cusa, per occidentis prouincias Italianas, Gallias, Germaniam frequens vitupabatur.

ad quidem occasione L. V. C. de suscep. Caeterum de Solidis V. Vehnerus in observationibus praedictis litter. G. p. 181. & Hachenbergius in German. mediae Dissert. x. §. XII. XIII. xiv. qui docet, solidos neque apud Romanos semper eiusdem fluisse ponderis aut bonitatis, neque apud Germanos eodem pondere preioque: solidos etiam repetiri aureos, denarios vero ex aere atque argento factos.

21

Mellenio, (z) viro nobilitate generis & doctrinae praestantia in-
clyto, eleganter descriptos. Caspari Sagittario, (a) Historia-
rum apud Jenenses olim professori, quantius visi sunt pretii & di-
gni, ex quibus antiquitas arcis illius clarus demonstraretur. Se-
culo enim vi. Francos & Saxones, existimat, quae duae erant Ger-
maniae gentes potentissimae, Hermenfrido, Thuringorum rege de-
uicto fractoque, omnem Thuringiam in duas partes deuississe, & vt
huius rei memoria hoc esset testimoniū, hummos istos incavisse. At
enim vero Tenzelius (b) magna eum lectoris voluptate docet,
bracteatos illos Grimmesteinianos, multo esse juniores, minime-
que ad Seculum vi. retrahendos, aut Thuringorum numinis ad-
scribendos. Interim Francorum reges monetas fecisse, ex supra
demonstratis tam certum est; quam quod certissimum. Dagober-
tum autem, septimum Francorum regem, multis quidem virtuti-
bus, in primis liberalitate erga egenos fortunaque offensos clarum,
sed vitis etiam haud exiguis obrutum, primum fuisse, qui jus mo-
netas cudendi, aliis concederit, ex nonnullis de eo testimonis co-
gnitu perquam est facile. A Lehmanno (c) enim, optimae
lauidis magnaeque prudentiae scriptore, memoriae proditum est,
Dagobertum jus illud Spirenibus, vt suam erga eos gratiam
ostenderet, liberaliter permisisse. Quae cum ita sint, vt sunt,
luculenter patet, Spirae, vrbe & antiquitate & fortitudine ciuium
inclita, primum monetas factas esse. Idem namque de aliis vrbi-
bus, amplissimis quidem Germaniae, dici nequit: & tere ex hacre
praerogatiuam sibi Spirenses tribuere videntur, quod soli ante
jure hoc donati sint, quam Caesares Germanorum summae rerum
praecessent. Sed quales isti Spirensum fuerint nummi, non adeo
michi constat.

XIV.

Postea vero quam Carolus, qui ex rerum gestarum mul-
titudine magnus usurpatur, imperium a Romanis ad Germanos
transtulerat, non amplius ex concessione Graecorum jure si-
litur.

C 3

grandi

(z) in litteris de quibusdam nummis historiam Thuringicam illustrantibus ad Sa-
gittarium.

(a) in antiquitatibus regni Thuringici.

(b) in supplemento Historiae Gothanae, Anno c 15 1501, edito, Sectione I. s. x.

(c) in Chronico Spirense, libro ad historiam Germaniae maxime necessario,

gnandi nummos vtebatur, sed plena possessione, & ea auctoritate, quam vna cum summo imperio accepérat. De huius Caroli moneta imperatoria nonnulla idem, quem paulo ante collaudauimus, Lehmannus (*d*) adserit. Inprimis se dominum vrbis Romae gessisse, ex nummis, quos edidit, egregie ostendit le Blanc in dissertatione sua historica de nummis aliquot Caroli M., Ludouici pii, Lotharii, eorumque successorum Romae ob-signatis; quamuis eo errore liberandus est le Blanc, quod nummi Imperatorum nominibus ornati, imperatoriis quoque adnumerari debeant. Plures enim nummos Pontificum pro Imperatoriis argumenti loco adserit, ad confutandam eorum sententiam, qui principes illos villam vnuquam Romae auctoritatem habuisse negantur non tam nominibus Imperatorum frustratus, suaq[ue] deiectus opinione, quam Pontificum monogrammatis, a se plane ignoratis. An vero ex his statim pateat, nihil vnuquam auctoritatis imperatoribus, nihil juris, nihil imperii, Romae fuisse, sed nomina eorum honoris tantum causa in nummis Pontificum exprimi, me nondum induci ad credendum patior; haud quidem ne scius, quantum a me Vignolius (*e*) & rebus & argumentis dif-
fentiat. Caeterum Iacobus Biaeus in Francia Metallica risu dig-
na adserit, haec Caroli M. nummis legenda fuisse, dicens: **UT RHENVS AC DANUBIVS SINT VTRINQUE PERVII. DCCXCVIII. SAXONIVS CRVENTO PRAELIO DEVICTIS DCCLXXXIII. e.s.p.** imo audacter & ineptis contendit, Ludouicum pium nummū adornasse, in quo ad Pontificis genua Caesar prouolutus dexteram porrigit, cum Legendis: **BENEDICTVS. QVI VENIT IN NOME DOMINI.** Evidem Ludouici Pij nummus, cuius in vna parte crux quatuor cincta globulis conspicitur, cum verbis: **HIC VIVUS IMP. +. in auersa autem templum, cum Legendis: XPI- STIANA RELIGIO. eruditorum ingenia valde exercuit. Eum jam pridem in Dania repertum suis Danicis. (f) inseruit Libr. vii Olaus Wormius, & templum eam ob causam ipsi impressum existi-**

(d) l. c. pag. 158.

(e) de Dennis Pontificio: ex quo Lipsiensis in actis annis 1610 (ccx. Januar. pag. 31.

(f) Wormii opera Haffniae 1610 ccx. fol. prodierunt sub tiquo. Antiqua- tum Danicarum,

existimat Tenzelius, (g) quod nummus signatus sit in memoriam Archiepiscopatus, a Ludovico pio Hamburgi instaurati anno 1000 XXXIV., quatuor autem globulos significare, Euangelii vocem in omnibus jam terrarum plagis percrebuisse. Vir nescio quis eruditus in eam ingressus erat sententiam, globulos illos circulo circumdatos, imposita cruce, caussam postero extitisse tempore, ut pomum, den Reichs Apfel, nummis impri-merent Caesares: sed Tenzelius ex Caroli du Fresne disserta-tione de inferioris aeuī numismatibus, Cuperi Apotheosi Homerii, Wagenfeli commentatione de S. R. Imperii summis officialibus, omnium consensu probat, insigne illud originem suam magis ad globum, Imperatoribus gentilibus in nummis haud infrequentem, referre, quo se dominos vniuersi orbis profecti sint, atque testati, quam ad hanc figuram. Idque satis emergere ex nummo illo Mauriti Imperatoris apud Lipsium libr. III. Cap. 15. de Cruce: neque procul absit ab hac sententia Iobertus: (h) Huic, scri-bens, globo insidet quandoque victoria alata, interdum tamen crucis signum post Constantini M. praesertim aetatem, qua testati sunt principes, se Iesu Christo referre imperium suum accep-tum, quem ideo quoque regum regem consueuerunt adpella-re. Caeterum Carolo M. ad vitae exitum vocato, Imperato-res in liberis imperii viribus viros publice constituerunt, quibus jus esset monetandi & de re nummaria prouidendi: quod rursus ex Lehmanno (i) cognoscitur. Quomodo haec monetandi li-centia ad alios quoque Germaniae & Imperii Romani ordines peruenierit, nunc praetermittimus silentio, infra occasione ferente plura dicturi. Hoc saltem vero haud dissimile videtur, Germa-nos non prius nummos signasse, quam fodinae apud eos inuentae sint, optimam materiam & ingentes diuitias abuade satis proferen-tes. De quibus ut heic breuiter dicamus, fas esse justumque da-co: quod ex inde de Germanorum nummis in promtu erit certo diiudicare.

S. XV.

De fodinis quidem exterarum gentium, quando coepe-rint,

(g) in Colloquiis Menstruis 1000 XXXIX.

(h) l. c. praecpt. ix.

(i) l. c. Libr. IV. Cap. XIV.

fint, qua printum ratione tuerint instructae, quo inuentae casu, jam disputandi prolixius neque animus est, neque locus; quamquam haud dubito, & jucundum fore & utile pariter, si ex antiquis litterarum monumentis edocerem, Thubal filium Iapheti, cuius in diuinis etiam litteris (k) mentio iniicitur, originem dedisse omnibus, qui fodiendo metalla conquirunt. Ab eo enim, ut politiores viri arbitrantur, Iberi descendunt & Chalybes, populi olim in Asia praepotentes, inter Pontum Euxinum & mare Caspium, qui metallicis venis fuere clarissimi, & postero tempore, quantum ex Iosepho intelligitur, in Hispaniam traiecerunt, in aliis etiam terris venas inquirendi metallicas cupidi, ibique nomen Thubal penitus exaruit. Chalybes autem ex nomine homines esse credit auctor (l) Chronicus Carionis, qui res matas in terra magno studio multoque labore quaesierint; inde nomen urbis fuisse Alybe, quam sic nominet Homerus: (m) ἀλόγεν ἐξ ἀλήθης, ὅτι ἀρύρε ἐτι γενέθλα. Porro obseruat, Apollonium scribere, ad Chalybes in Asia venisse Argonautas, eumque sic canere:

Haec gens tellurem rigidam non vertit aratro

Sed ferri venas scindit sub montibus altis

Mercibus haec mutat, quae vitae alimenta ministrant.

Multa certe de fodinis auri, argenti, ferri, aeris in Epiro ex Strabone essent differenda, si huc ea spectarent. De Aegyptiorum fodinis lectu plane jucunda sunt, quae Diodorus Siculus (n), princeps Historicorum adsert: ἐν τοῖς ὁρύμασι, scribens, καὶ πασὶ οὐκέτα κατάζαντες τὰ σώματα πολλοὶ μὲν ἀποφυπνεοται, 216 τὸν ὑπερβολὴν τῆς καποκοπείας. Μὲν δὲ ταῖς δυνάμεσι τῶν σωμάτων καὶ τοῖς τῶν ψυχῶν καθερίαις ὑπομένουσι πολὺν χρόνον μένεσθαι τῆς ταλαιπωρίας. αἰσθάνεται δὲ ἀνθρώπος ὁ θεατός, ἐτι τὴν 217 τῷ μέγεθῳ τῆς ταλαιπωρίας. Hactenus Siculus ille: nunc ad rem.

S. XVI.

Fodinas Goslatienses vetustissimas Germaniae, quibus no-

(k) Genesios x. 2. & Ezechiel xxxvii. 13.

(l) Libr. i. p. 22.

(m) Iliad. II. libr. in fine,

(n) Libr. III. # v.

men est ab urbe Goslaria, ad flumen Gosam in ducatu Brunsf
ensi sita, reiectas esse imperante Ottone I. communis fert op
nio, earumque origo mirabilis videtur. Venatorem namque,
cui Ramne fuerit nomen, equum suum arbori alligasse perh
ibent, vt in montium jugis atque rupibus feras strenue perseque
retur, sed cum ad priorem locum rediisset, equum vidisse vngulis
terrā effodientem, eumque proprius accedentem cognouisse,
venas ibi reperiri metallis profuentes. Inde montem Rammel
um vocari, curiose satis & non minus diligenter obseruat Heinec
cius (o), idque simul addit, Engelhusium ex genio illius seculi ver
sus facetos hanc in rem confecisse, quorum fere haec est summa:

Longae syluae forutator, cernorū concomitator,
Ramne fuit dictus, ramorum perculit istus,
Est mox tantillo Rammesberg dictus ab illo

Vxor huius Goza, nunc est ex hac aqua Gosa.

Ottонем I. Imperatorem argenti fodinas in Saxonia aperuisse;
multa docent aquid Meibomium, (p) doctissimum virum, moni
menta antiquitatis: eorum autem opinionem, qui ottонем pari
ter in Misnia fodinas tradunt coluisse, Guolfgangi Crausii, Va
lentini Monzeri, Brotrusfi, sibi Hornius (q) minime probari scien
ter scribit. Aliquot vero post seculis Otto, Dux Saxoniae argenti
fodinas, ab auriga, anno c. 10 CLXIX. massam aeris in via repertam
domum secum ferente, dete^{ct}as, eo in loco primum aperiri jussit,
qui hodie tractus metallifer dici solet, & ex iis tantum argenti
acepit, vt Fribergam, urbem adhuc celeberrimam, conderet, &
ipse diues unus post hominum memoriam adpellaretur. Duo
erant Ottoni filii, quorum unus, Albertus superbus, a siccariis,
quos Henricus VI. Imperator, fodinarum Saxoniae cupidus, pecu
nia, vti fama (r) creditur, sollicitauerat, sublatu^s; alter autem

D. Theodo-

(o) in antiquitatibus Goslariensibus, quae vi. libris ante paucos annos prodi
erunt.

(p) in dissertatione de Metallicis Harticis thes. 54.

(q) Icrus VVitembergensis celeberrimus in dissertatione de regali metalli fod
inarum iure s. xix.

(r) Nonnulli Albertum morbo contractum esse putant. Imperatorem tamen
eius mortem non insque tulisse, & factem suspicandi dedisse occasionem
ex iis constat, quae cum Theodorico acciderunt.

Theodoricus, cum pari modo in Palaestina (s) insidiis peteretur, dolio inclusus, nauise ad salutem & fodinarum possessionem prospere recepit. Anno c¹5 cccc lxxi, fodinae Schnebergenses (t) inuentae, ex quibus seculo xv. incredibiles diuitiae prouenerunt, Anno c¹5 cccc xc^c, venae argenteae Annabergae cooperunt, & anno c¹5 cccc lxxxvi. Comites Mansfeldenses suas fodinas ex concessione Electoris Saxoniae administrarunt, ex quibus tam valde sunt locupletati. Sed in his diutius quid commoror? Quid operam in iis consumo rebus, quae in vulgus jam pridem editae omnium ore enarrantur? Albinus (u), multa doctrina ac indefesso legendi scribendique studio clarus, omnia pluribus persequitur, quae heic temporis inservientes nutu tantum adpellauimus.

§. XVII.

Cum ergo Germani tanta argenti copia vnde abundarent, quid obstat, quo minus dicamus, eo tempore multum apud eos pecuniae & egregios nummos extitisse? Nunc quidem haud raro uti multorum principum, sic Henrici potissimum, Marchionis Misniae, (cui ILLVSTRIS cognomen fuit, & seculo xiii. multum argenti ex fodinis magnique thesauri redierunt) inueciuntur bracteati nummi. Quorum cum heic facta sit mentio, atque illi ipsi ad nummos Germanorum antiquos pertineant, fas esset, eorum quoque contexere historiam, difficilem sane multum.

(s) Versus Georgii Fabricii Chemnicensi adducit Spenerus in Syllog. pag. 315.

Multorum insidiis pars Ditericus iniquas

Terra quod argenti patria diues erat.

Nauigio reddit Syria et belius ab oris.

Fugit Cascaros alditus stre dolos.

Nempe quod curi esset non justus Caesar amator.

Id docuit dannus, capte Britanne, Tuus.

(t) Plura de iis & vrbe Schneeberga, Misniae Hierosolyma, refert Christianus Melzer, VVolekensteinensis, in Chronico Schneebergensi anno c¹5

cccc lxxxiv. edito: qui & pagin. 348. Albini in primis errorem

confutat, qui in Chronico suo Titul. IV. memoriae prodit, inde ab anno

c¹5 cccc xxI. die Dorotheae, ad annum usque c¹5 10 1. ex fodin-

arum Schneebergensium decimis Saxoniae ducibus c¹5 cxitix. cen-

tum milia florenorum prouenisse, & inde statut, sexaginta sex autonim

internali 146192. tonna ex fodinis illis hauitas esse; sed falso,

(u) In Meissnischer Chronik, 1500, fol. 177v. Tunc imp. philos sive

tisquē nodis implicitam. Namque eos siue a Francorum regibus
 inuentos esse existimes, quod quidem vero esset maius, siue ab Hen-
 rico I. Anglorum rege, in Germaniam illatos, quod Sperlingio,
 (x) viro amplissimo, apprime placet; semper tamen, quo pre-
 maris, onus Tibi incumbet grauissimum. Quare satius esse arbi-
 tror, sic cum Tenzelio (y) statuere, Ottonis I. Imperatoris tem-
 poribus apud nos primum argenti vena inuenta, nouum illud
 nummorum ex purissimo argento bracteatorum genus in Germa-
 nia introductum esse. Eo autem tempore cum magna esset Ger-
 manorum ruditas, & pauciores scirent, qua ratione nummorum ty-
 pi fabricandi sint, quibus nunc aliqui tantam dederunt operam, ut
 facili negotio nitidissimos nummos incundant; aliter haud fieri
 poterat, quam vt rudes euaderent nummi formaque jucundi mi-
 nus. Anno cīc 1008 VIII. rusticus quidam juxta domum
 suam vnam (z) bracteatis nummis plenam inopinato effudit,
 quorum singuli maiores fuisse grossō Bohemico, in media rota sex
 radiorum & notulis rotundis in circulum ductis signati. Rusticus,
 nummorum ignarus liberis suis eos concessit, qui ludibundi omnes,
 trecentos fere, perdidere. Anno cīc 1009 VI. idem fere acci-
 dit in pago Goeriz, quod yno lapide a Querfurti abest. Sexcentos
 namque nummulos agricola quidam ex ruderibus aedium igne
 consumtarum eruit, ex aequo omnes bracteatos decem fere gene-
 rum, quorum complures erant verbis signati: MONETA HA-
 LENSIS. Caussa extiterunt Ioanni Petro Ludouici, vt singu-
 larem librum Germanice scriberet, DE RE NUMMARIA APVD
 GERMANOS MEDII AEVI anno 1709. 8. editum. Occurrunt in eo
 utilissima quaeque, & ea, quae viri, omni juris disciplina politissimi,
 in hoc quoque studiorum genere manifeste produnt industriam.
 Interim haud temerarie dixerim, obscuram esse bracteatorum hi-
 storiam. Stupemus enim & in magnam admirationem rapimur,
 eorum litteras & imaginum deformitatem intuentes. Quo anti-
 quiores sunt, hoc magis sunt deformes: quo notabiliores, hoc in-
 utiliores. Nihil enim ex iis rationi temporum lucis adfunditur;

2010

(x) in Epistola ad Mellennium de nummis bracteatis.

(y) In Supplemento Histor. Gothian. Sect. I. §. x.

(z) Tenzelius Monat. Unterredungen 1689. Mens. Junio p. 620.

nihil veritatis historicae, nihil perspicuitatis inuestigatur, nihil eleganciae, nihil certitudinis hauritur. Quid ergo? nonne olearum nos operamque perdere putas, si in iis quidquam studii ponemus? Olearius, amplissimus vir, doctrinae praestantis & virtutis vere diuinae, jam pridem monstrauit, quam arduum sit, in horum nummorum explicatione pérículum facere, dum Isagogen ad Numophylaceum bracteatorum edidit, multo labore confectionam. Neque Otto Sperlingius, magna juris doctrina, omnibusque artibus excellens, quibus ad humanitatem informamur, negligentior fuit aut laboris impatiens, cum de nummorum bracteatorum origine commentaretur. Magno etiam ingenii lumine monstrat Heinricius, nummos quidem bracteatos sigilla superare antiquitate, copia & diuturnitate, sed chronologiam nihil quidquam adiuuare, neque tantum ad historiam medii aëui conferre, quantum sigilla, neque nummorum *monstratio*, elegantiam, atque inscriptiones aequiparandas vñquam esse elegantiae, inscriptionibus, & *monstris* sigillorum. Multa vñbique immiscet jucunda lectu, quibus suam confirmat sententiam, & quam ridicula saepe vel in ipsis bracteatis occurant, vel ex eorum interpretatione enasci soleant.

¶ XVIII.

Non autem bracteati solum, sed alii etiam nummuli cusi sunt. Grossi veterum complures, in primis Friderici bellicos reperiuntur, itemque Ernesti, Guilielmi & Alberti D. D. D. Sax. Silber Grossen 1477. facti. His postea Friderici Sapientis, Georgii & Ioannis Ducum Saxonias nummuli successerunt, quibus nomen est a fodinarum monte; Schreckenberger: quales etiam, sed aucto pondere, Ioannes Fridericus Senior & nat. Elect. Mauritius, D. S. 1547. Augustus Elector 1564. fieri curarunt sedulo. Vnde nomen his nummulis impositum, ex iis discitur, quae Tenzelius ^(a) tradidit. Constat enim anno 110. CCC. XCIV. oppidum in tractu metallifero exstructum, cui nomen ex Maria virgine, loci patrona, enatum est: primum autem, qui ex cibis argenti venam scrutaretur, Schreckenbergerum adpellatum esse, ab eoque & fodinam & nummos nomen accepisse.

Quos

^(a) in opere de veteribus Germanorum sigillis, sumtibus Nicolai Foersteri anno

1510 CCIX. fol. edit.

^(b) Tenzel. Colloq. Menstruis 1689.

Quos cum aliquando Ephraim quidam Judaeus corrupisset, Lipsiae eum captum, atque ignibus traditum esse, Peisserus (^c) obseruat. Complures alias vulgaris monetae species iis temporibus vsu venisse, tantum abest, vt quisquam dubitet, vt ex maiorum nostrorum commerciis vitaque studio sibi facile in memoriam reuocet: quibus quidem nunc exponendis non amplius locum relinquimus, postquam ad ea tempora citatis quasi gradibus properamus, quae elegantiores nummos & notatu digniores offerunt, vt iis oculos animumque pascamus. Tenzelium cura tenuit, omnem monetarum historiam, quae in Saxonice terris quinque seculis obtinuerint, plenius contexendi, quam primum Saxoniam Numismaticam absoluisset, sed morte praeuentus vix operam inchoatam reliquit. Quod si quis fuerit, quem cupidio incessisset, & pretium & mutationem cuiuslibet monetae cognoscendi, quidque in re nummaria multis ante temporibus a principibus Germaniae sit constitutum, qua se quis ratione in aestimandis nummis gerere debeat, is velim euoluat Alemanni (^d) consultationes, viri in vniuersa juris disciplina versatissimi, qui multa inspergit inuentur rario & utilia, sed tamen ob mutatum minusque cohaerentem sermonem, quo librum suum conscripsit, saepe numero legentibus fastidium excitat. Maiori suauitate illustris Viri, Georgii Engelhardi a Löhneyss incomparabile (^e) opus se legentium animis insinuat, quod non de fodiis & Metallicis solum sapienter praecipit, sed etiam parte VIII.
pag. 179. partim de origine, materia, ac figura, antiquorum nummorum, partim de pretio, pondere & signandi modo, qui hodie a Germanis obseruetur, ita instruit, vt non possit lector, cuius est in manibus liber, & in animo vis aliqua judicandi, eius non detineri amore. Neque praetermittendus est Paulus Hachenbergius, Professor Heidelbergensis, qui in Germania sua Media, primum quidem Heidelbergae c. 1515 CLXXXV. & postea Jenae

(^c) Chronic. Lipsiens. Libr. II. monetae in quoque libri capitulo audiuntur
 (^d) Consultatione VIII. vbi de jure, valore, mutatione, & permutarii speciebus
 monetarum: pag. 370. usque 930. editionis Magdeburgae. 1613. 8. factae,
 (^e) Gründlicher und ausführlicher Bericht von Bergwerken: Stockholm &
 Hamburg prodit c. 1515 c. xvi. fol. obnoq. c. 1 marginis

nae c. 15 c. xxvi. typis impresa, dissertatione X. de RE
NUMMARIA VETERVM GERMANORVM praecclare
dicitur. Solidos namque, denarios, marcas, florenos, ducatos,
thaleros, grossos, bernos, obulos, Schillingos, quorum hodie
magna copia reperitur Episcopi Wurzburgensis auctoritate, S.
Kiliani imagine signatorum, & alios breuiter, sed egregie expli-
cat, malto stili & verborum nitore, simulque leges veteres rei
monetariae docissime tradit.

§. XIX.

Cum vero semel de vulgari moneta dicere exorsi simus, paucis
aditis de minutissima eius parte dispiciamus, & simul, quomodo jus
illud monetandi, quod vocant, in Germaniae etiam principes sic
deriuatum. Scilicet non omnibus Germaniae provinciis eadem era-
fors & numitorum praestantia, quae Saxonie; sed fodinis ar-
genti destitutas cuprum rude vel leuiter signatum in commer-
ciis adhibebant. Quare in Franconia potissimum & Suevia obuli
copiose producuntur, quos Heller vocabant, ab Hala, oppido
Sueviae nobilissimo, vbi isti cumulatim conficiebantur. Haec
moneta superioribus temporibus, cum jam nummi signati in Saxo-
nia frequentes essent, in vendendis rebus crebro vlos esse Sueuos,
sed magis ex pondere, quam numero aestimasse, tot contractus, tot
vendiciones, tot lites pecunia aestimatae loquuntur, (f) ut trustra
esset, si plura vellem exempla in medium proferre. Evidem vbi scri-
ptores libras obulorum adpellant, non adeo certum est, quales po-
tissimum intelligent, & ii forte proprius rem attingunt, qui ex cre-
bri vlo Halensem sentiunt, omne pecuniae genus post Halen-
sium nomine adpellatum esse. Heripoli olim libram obulorum flo-
ravit, ibidem sive in aliis locis, in vlo obulorum in de reno

(f) Ulricum, Comitem Virtenbergensem, urbem Tubingam anno c. 15 c. xxii.
Librarum pondo C. M. (Heller) a Comite Palatino, Gozzone redemisse,
prolize exponit Martinus Crusius part. II. lib. I. cap. xvii. Annal.
Suevic. Idem Ulricus cum Metis equestribus ludis interfuerit, & domum
reuersurus in ipso itinere omnium opinione citius a Dynastis Vinstringen-
ibus, facto hostili impetu, in custodiā darefuit, non prius inde discedere
potuit, quam c. 15 c. xxii. bestium argenteorum soluisset. Ex quo fere con-
cedem, Suevos argenteum magis pondere aestimasse, nondum signatum, sed
obulos ex cupro factos in commerciis adhibuisse perpetuo. Ulricus enim
Grunzingen 15 c. pondo librarum, & futuram comitatus Grunzingensis
possessionem 150. M. libris obulorum sibi adquisivit,

31

reno Rhenano aequiparatum esse, Paulus Matthias Whenerus,
Iustus omni laude dignissimus, memoriae prodit, id simul adiiciens
(g), se in Chronicō Hennebergensi, quod a Spangenbergo con-
scriptum, plures significaciones des Psund Helleris reperiisse, ut
varium deprehendat huius verbi suisse usum. Spangenbergium
enim referre: Er habe im Kloster Vellera am Thüringer Wald
gefunden / das ein Pfund Heller sey achtmahl 30. d. i. 240. Pfene
nige oder 8. gemeine alte Pfund: quibus si 12. nummos addide-
ris antiquos, erit florenus usitatus: eundem alio in loco: Ein
Pfund Heller thut drithalb floren: & non ita multo post: Ein
Pfund Heller ist 15. Albus. Idem vir doctissimus paulo infra rati-
tiones exponit, quibus commotus a Goldasti sententia discelle-
rit, qui obulos illos, Heller, non ab oppido Hala, sed a propter
polis dici existimauit.

S. XX.

Porro de jure monetandi memini me supra significare.
Longum autem esset, & vix sperandum, ut fortuna yotis re-
spondeat, si vellem per singulas Germaniae regiones atque du-
catus decurrere, & scrutari sollicite, quo quisque tempore
princeps juremonetandi plene vti cœperit. Quamvis enim jam
dudum eam ingressus sum sententiam, hoc jus, quod omnino ad
liberos tantum pertinet homines, qui nullius imperatis parent,
& supremae potestatis est indicium, non prius Germaniae pro-
ceribus concessum suisse, quam libertate a Cæsaribus restituta
se paulatim emerserint: quod supra demonstrauimus, Impera-
tores initio (b) sibi solis monetandi licentiam jure vindicasse;
neque credibile est, a viris istis, qui rei monetariae curam gere-
bant in ciuitatibus, & vulgo hominum die Haß Genossen dice-
bantur, jus illud sensim ad alios derivatum esse, sed principes,
qui in imperii quidem societatem sese offerunt, Imperatorum be-
neficio eius participes factos: satius tamen esse existimo, breui-
tati studere, &c, ne lectori ex rebus patum necessariis & obscuris
fastidium enascatur, paucos ad huc summatum adpellare, quibus
hoc ab Imperatore datum jus sit. Ex Aurea Bulla (c) c. 15 eccl. VI.

(g) in observatione Practic, Lit. G. p. 179. 180.

(b) Confer, hanc in rem deutſcher Reichs Staat part. I. Cap. VIII, pag. 264;

(c) Capit. x.

Norimbergae confirmata, intelligitur, solis Electoribus id temporis
 jus fuisse monetas cuendendi; quod quidem nonnulli interpretan-
 tur de vestigialium immunitate atque oneribus, quæ alii principes
 atque ordines imperii soluere ac perferre debebant. Multo enim
 ante jam nonnullis jus erat monetandi, quod ex iis, quæ supra de
 Spirensibus & ducibus Saxoniae diximus, facile euincitur. Cum
 Ottones rerum summae præcessent, nimium liberales, compluribus
 Episcopis & Ducebus Germaniae nummos signandi veniam dede-
 runt. Eam namque adepti sunt Episcopi, Brixiensis anno
 M^o LXXXVII. teste Brandisio (k); Wurzburghensis anno
 M^o XXX. ab Imperatore Henrico II. Seculo x v. Dux etiam Wur-
 tenbergicus Ludouicus, primus monetam cudi curauit. Lubecenses
 a Friderico II. anno CCCC cccx. Comites Hanouienses a Carolo IV.
 anno M^o CCCLI. ea quidem lege, ut insignibus etiam Hanouicis num-
 mos ornarent. Idem Carolus IV. multis Italiae vrbibus liber-
 tatem vendidit, vna cum jure nummos signandi; & adhuc res-
 publ. Luccensis in nummis suis vel sanctum vultum, vel S. Mar-
 tinum exhibet, in auersa autem parte insignia & verba illa: CA-
 ROLVS IMPERATOR, siue quod frequentius fit: LI-
 BER TAS. Quae cum ita sint (quis enim de fide eorum dubita-
 bit?) facile est ad diiudicandum cuique, quam longe seculi huius
 status a prisca Germanorum consuetudine recesserit. Temporis
 namque inconstanta & imprudentia rerum curia eo adducta res est,
 ut solus Imperator sine consensu Electorum in principes non queat
 jus monetas faciendi conferre, & ipsi Principes, quibus id olim be-
 neficio Imperatoris obtigit, se hoc jus non ab Imperatore, sed jure
 territoriali per articulum VIII. pacis Osnabrugensis possidere, ar-
 gumententur. Nonnulli ea sunt opinione, ut distinguant inter du-
 es priscae dignitatis atque originarios, & eos, qui sint recentiori
 memoria in principum numerum suscepit: illis adfirmantes,
 omnia propria esse jura ex amplissimo territorii imperio; his
 vero nihil potestatis aut dignitatis relinquunt, nisi ex Imperatoris
 concessione. Me quidem, fateor, vix intelligere, qua ratione
 haec inter se conueniant: duces enim originarii etiam vel maxi-
 me hoc jure gaudeant ex potestate territoriali, quam dicunt, vix
 ramen in huius potestatis possessionem prius evaserunt, quam Im-
 perator. per.

(k) in Tyrolischen Olders Ehren Krone.

peratores eos vel adieciscerent in societatem juris & imperii, vel nimia liberalitate accipientium animos ad maiora expeditanda aut concupiscenda facerent paratiore. Omnis enim in territorio potestas cum simulacrum sit maiestatis, quae priscis temporibus apud unum Imperatorem residebat, fieri non potuit, quin ea ipsa a summo Imperii arbitro data sit & concessa. Et quamvis legibus nunc & consuetudine sanctum sit ac jure quasi constitutum, ut omnes Imperii Principes pro sua in Provinciis quisque potestate nummos libere cuderent, illud tamen ex nullo promanauit alio fonte, quam ipsa Imperatoris clementia, qua pacis restituendae ac seruandae causa non Electorum solum suffragia se auditurum promisit, quotiescumque de jure monetas cedendi ad se princeps petitionem deferret, sed id etiam permisit tandem, ut libere in terris suis principes se gererent. De Ducibus Origenariis quid statuendum sit, nondum abs me impetrare potui. Eiusmodi intelligendi sunt duces, qui & antiquitate generis & virtutis praestantia omnes antecellunt, & a prima gentis origine jus monetandi trahunt? Horum quidem mitius ferenda sententia, quam eorum, qui haud dubitant leuissimis causis adfirmare, non duces solum ex antiquissimis temporibus originem cepisse, sed ipso etiam regio sanguine & haeredarios aequa fuisse. Thassalonem, aiunt, ducem Bauariae, a Carolo M. debellatum, quis regio nesciat, aut dubitet amplius sanguine procreatum? Wittekindi, fortissimi apud Saxones herois, id virtutis praemium fuisse, ut & ipse, cum Carolo M. in gratiam rediens, & posteri eius duces perpetuo constiuerentur, satis decantatum est, & tam certum, quam quod certissimum. Coronis adhuc videmus duces nonnullos superbire, quae, olim regiae potestatis signa, publice loquuntur, Duces eos regiae stirpis fuisse & summae in Imperio auctoritatis. Ridiculum sane, quod doctissimi etiam viri haec toties declament, & hac tam blanda oratione, fallaci tanquam sirenus voce, in principum aures animosque influant. Se namque totos ad adulacionem compositos esse, & veritatem violare, dum gratia augeatur, manifeste produnt. Fortasse ad Troianos, & Asiae, Africaeque populos, ad Albarios Patres recurrentum, ut principum Germaniae reperiatur ineunabula? Praecclare Hachenbergius (1): Vanissima

(1) dissertat. II. de generibus Veterum German. in German. Media p. 28.

eorum ambitio est, qui nobilitatis suae conditores ferunt Troianos, & ex ipsa Asia Graeciaque Jouem, & jacentes in Deorum amplexibus Deas, in partem decusque generis sui arcessunt. Atque ut hi sanioribus ludibrium merito debent, ita eorum ridenda est ambitio, qui in gente nostra haud obstante temporum confusione & historiarum ignoratione per aliquot annorum millia Maiores suos recensent, & vbi cunque deficit nomen illustre, illico regem ex Bero so aut Poeticis fabulis fingunt, ut vltra diluvium Noetum primordia stirpis suae extendant: paulo modestiores Arcadibus, qui se ante Lunam ortos jactabant. Idem Vir prudenter & doctrina clarissimus (m) haud temere statuit, paucissimas hodie in Germania illustres esse familias, quae originem suam a sexcentis annis justa serie repetere possint. Neque eorum scriptorum suffragatur opinioni, qui aut adulatione corrupti, aut amore gentis suae turbati, non solum principum nostrorum, sed & aliorum illustrium hominum originem incorrupta & justa serie ex ipsa Noachi arca, aut Ariouisti, Marobodui, Wittekindi, Caroli M. aliorumque veterum Germanorum thalamo contexunt, tantumque genus per aliquot mille annos audacter deuoluunt. Et quanquam Duces fingamus originarios, eaque omnia vera esse ponamus, quae ab aliis magno strepitu adducuntur, jus tamen monetandi ipsis ab antiqua stirpis suae origine conuenire, tantum abest, ut historiae consentiant, ut contra potius dicant, & legibus scriptis & exemplis illustrioribus.

§. XXI.

Sed jam sentio, me longius proiectum, quam proposita ratio postularet; verum necessaria historiae composicio interpositaque rerum traxit varietas. Nihil ergo in praesenti cogitantes, quomodo iure illo (n) vtendum sit in republica, ad numeros recensiones progredimur, quos supra eos esse diximus, qui Caesarum, regum ac principum imagines atque insignia memoriae causa ante

(m) in dissertatione de origine illustrium Germanorum, pag. 30.
(n) Hoc autem docet Hermannus Conringius in eleganter docteque conscripta dissertatione, DE RE NVMARIA IN REPUBLICA Q.V.A. MILIO VIS RECTE CONSTITVENDA c. 10 c. xii Helm-

35

oculos ponunt, & de quibus recte illud Ouidii (o) pronuncia-
uerim :

*Argentum felix omniq[ue] beatissimum auro,
Quod ficerit pretium cum rude, numen habet.
Est aliquid spectare Deos & adesse patere,
Et quasi cum vero nomine posse loqui.*

Quos vero primum in medium producam, dubius pene haereo. summos enim viroshac in re valde dissentire video : & fortasse hoc illud Horatii (p) pertinet: millia quo capitum viuunt totidem studiorum. Sunt, qui nummis Husitarum Seculo XV. cisis, cum bellorum motus rotum fere Bohemiae regnum concuterent, pri-
mum tribuunt locum. Quorum ad sententiam accedit Bizotus, Abbas, quo, iudice Ioberto, vix quisquam est, qui perfectiorem habeat recentioris nummariae rei intelligentiam. Et haud longe ab eius abesse mente videtur amplissimus Junckerus, ea propter, quia in elegantissimo libro de vita Lutheri nummos adserit Hussitarum, qui ad rerum cognitionem & illustrationem haud minus or-
namenti dignitatisque conferunt, quam illi posteriores, in hono-
rem suorum temporum adornati. Neque alia sedebat mens aut
opinio Tenzelio; cui etiamsi nummi ab Hussitis facti ad moneta-
rum speciem proprius accedunt, non tamen plane ex numismaturn
ordine enciendi videntur, quod in memoriam rei valde memora-
bilis sint fabricati. Sunt contra alii, qui reiciunt tot tamque prae-
clarorum hominum argumenta, sibique persuadent, ne ullum qui-
dem numnum Ernesti atque Alberti Fratrum Saxonie ducum
aetate in publicum editum esse. Horum ad partes transiit easque
fortiter defendit Heraeus, vir non minus omnis generis doctrina,
quam dignitate atque gravitate valde conspicuus. Sed Tenzelius
non numerum solum produxit (q), quem memoria Friderici
Placidi formatum putar, sed etiam verba ex M. Pauli Martini Sagittarii
Collectaneis, ex quibus perspicue cognoscitur, non ita mul-
to post nummos esse incusos, quam filios Electoris Conradus

E 2 Kauf.

(o) Libro II. de Pont. epistol. VII.

(p) Satyra I. Libr. 11.

(q) Parte I. Lineae Ernestin. Saxon. Numismat.

Kauffung, homo nobilis, sed ignobili vita, noctu abstulerat. Omnia maxime celebrantur nummi a Saxonie ducibus signati, quorum originem, uti jam dictum est, ab Ernesto & Alberto, fratribus plerique adducunt. Nihil esse quidquam arbitror ad istorum historiam pertinens, quod non Guilielmus Ernestus Tenzelius, in hoc studiorum genere felicissimus, peruvaci opera & perpetuis vigiliis lucubrationibusque pena consecutus, solerter rimatus sit. Is namque Saxoniam descripsit Numismaticam in multis libros diuisam, qua nummos utriusque lineae Saxonie Ducum oculis lustrando subiicit, breui semper adiuncta eorum expositione; saepissime ad minutissimas res animum attendit, de hisque (r) ita scrupulose disputat, vt pauci eius censuram limamque ultimam effugiant. Multos etiam nummos singulatim persequutus est, quales sunt ii, qui de pace belloque composito, de nuptiis, de natalibus, de aliis solemnitatibus adornati sunt, in quibus tamen recensendis parcior sum & fere negligentior, partim quod plagulae istae ubique occurunt, partim quod jam alii earum dignitatem laudibus, quibus dignae videantur, extulere. Cum enim Tenzelius duobus saltem abhinc annis supremum obiisset diem, Adolphus Clarmundus (s), cuius personam virtutum in Academia Lipsiensi clarissimus induit, ex more, quem haec tenus in describendis virorum doctissimorum vitis tenuit, eius quoque vitam, veritatis quidem studio inductus, haud praepostero consilio expessit, sed, quod ipse facetur, nimia festinandi cupiditate saepissime lapsus. Junckerum, Dresensem, quin heic iterum honorifice adpellem, facere non possum. Vir namque est de vniuerso stu-

(r) Quamvis adeo subtilis sit Tenzelius, multis tamen vestigiis se hominem fuisse prodidit. Vnicum heic exemplum producamus licet. In nummo Joann. Georg. I. Elect., quem de nativitate Christiani, filii, cusum nouimus, duplex I. in voce GLADIS ex versu insculpto: In gLaDIs fLoret rVta a Moena SVIS, 1615 esse negat Tenzelius: sed eum erasse, & falso nummu istum de nativitate Augusti 1614. interpretari, aperte monstratur in vollständigen Catalogo eines raren Münz-Cabinetts/ Lipsiae 1709. impresso. Alia prætermittimus.

(s) Edam M. Gleich, Electori Saxonie a concionibus atlicis Epistolam ad Junckerum scripti de obitu Tenzelii.

studio numismatico optime meritus. &c. quod Joberti librum (t) e Gallico in Latinum conuertit, omnes sibi elegantiorum litterarum amantes obstrictos habet. Is quoque vitam Lutheri nummis illustratam eleganti prorsus stylo, ad Velleianum genium proxime accedenti, exposuit, multumque gratiae apud summos Germaniae viros sibi conciliauit. Quem libellum compluribus nummis locupletatum auctumque non ita pridem (x) Germanicis typis, sed cum Latinis prioribus vix comparandis, ipse exscribi curauit, titulo ornatum: *Güldenes und Silbernes Ehren-Gedächtniß Luthers.* De Hortledero (x), de Schlegelio, (y) de aliis, heic non restat dicendi locus: quilibet enim, quid de studio eorum incredibili, de nimia & laudabili curiositate, de subtili minutissimarum rerum inuestigatione, de scribendi genere, acumine judicii, & prudentiae virtute, sentiendum sit, etiam sine diuinandi arte facile consequetur.

S. XXII.

A Saxoniae ducibus ad Hassiae Landgrauios nostra se statim deslektoratio, & virtute bellica & togae splendore veroque literarum amore immortales. Ii namque numismata etiam ediderunt, quibus sui memoriam, & quam fortes se intrepidosque pro salute patriae & Euangelii doctrina gesserint omni seculorum

E 3

posteri-

(t) Titulus est: **NOTITIA REI NUMMARIAE**, Lipsiae apud Fritschium anno 1515 ex c. v. Jurickerum autem Latine reddidisse ex omnibus fere paginis legitur deß güldenen Ehren Gedächtniß Lutheri.

(w) Anno 1515 ex c. vi. Lipsiae, de quo videantur Lipsienses in Actis eiusdem anni Mensi Julio.

(x) In seinem Münz-Inventario: item in Sachsen Münz Büchlein.

(y) Schlegelius, qui Serenissimo Principi Arnstadiensi ab antiquaribus est & bibliotheca, varia de nummis confecti scripta: e. g. *De NUMMIS ALTBURGENSIBVS & aliis CRVCE MANVQVE SINGNATIS.* Dissertationem de nummis Gothanis: *De nummis Saalfeld. & Arnstadiensis.* Curieuse Münz-Bibel. Exercitationem Historicam de nummis antiquis Isenacensis, Mulhusinis, Northusinis & VVeissenensis, qua simul historiam Landgraniorum Thuringiae Arelatensis lineae exponit & antiquitatem adequare inquirit. Jenae apud Bielicium 1703. 4

posteriorati commendarent. Ipsis nummis exponendis hoc nunc
reducius supersedemus, quod Ioannes Justus Winckelmannus,
Historicus (z) Saxonius, prolixo differit de antiquis Hassorum
nummis: sed tamen duo ex iis maxime videntur memorabiles.
Vnus est nummus ille (e) Philippi Magnanimi, Landgrauii, in
quo verba religiose pronunciata leguntur: **Bess e Land und
Leut verlohrn als einen falschen Eid geschworen.** Alter est
Ludouici, Philippi filii, qui ex patris diuisione Marpurgi potitus
anno c1515 14. ex vita discessit, magno probitatis & constantiae
testimonia. In ipso autem nummo, ut alia breuitatis caussa
omittam, legenda notatu videntur digna, quae huius sunt sen-
tentiae: **Ich traue Gott in aller Not:** in margine autem ex-
teriori; **E NOVIS IN ARGENTI FODINA AD GLADEBA-**
CHVM, DEO LARGIENTE, REPERTIS VENIS c1513
LXXXVIII. Ex quo emergit, eo quoque tempore in Hassia fo-
dinas (b) fuisse.

§. II. XXIII.

In finibus Bohemiae & Varisciae quid seculo XVI. accidisse
non audiuimus? Suos & ibi thesauros, tanquam benignissima
mater, in terrae visceribus natura prouida reclusit. Cum enim
anno illius seculi XVII. (c) vel non multo secus post ex fodinis
in valle Ioachimica multum argenti rediret, nummi, qui dicun-
tur Ioachimici, a Stephano, comite Slyck, egregie incusi sunt.

Hic

- (a) in novo Chronicō: fuit & ille auctor Hassiae Landgrauia consiliarius, multaque
de Hassia commentatus est.
- (b) dicitur vulgo Thalerus Philippi, quem Tenzelius, cum anno c1515 14 c. c.
Hassiae Landgrauius Gotham perueniret, singulatim exposuit simulque
communuit, VVinkelmannum in eo recensendo minus adcuratum esse.
- (c) Priscis temporibus in Hassia jam fodinas infinitas esse, nemo inficias ita potest.
tradunt enim, statim post natum Christum fodinas auro argentoque
diuitias in Hassia repertas esse, iisque custodiendi Currum Ruffum, pae-
fectum militiae, praefidium impofuisse. Quales hodie in Hassia fint fo-
dinae ex Agricola & Deucero aliisque cognoscitur, si quando Hassiam adire
non licet in vicinitate.
- (c.) Anno quidem 1516. cooperunt, sed primi reditus facti sunt anno 1517. & 1518.
primi thaleri, vi ex Mathesii scripto patet, quod c1515 14 LXXVII. pro-
die titulo: **Chronica der Kaiserlichen freyen Bergstadt Sanct Joas**
Hins Thal/ der zuvor Die Eynrads Grün genennet war.

Hic Stephanus, Caspare Slickio, Matthaei filio, patre, & Elisabetha, Comitis Guttensteinensis filia, matre, summis parentibus & ornatissimis natus, multa jam egregia suaque persona digna facinora ediderat, cum adolescentis esset. Robustior factus fratrum suorum, Hieronymi, Henrici, & Laurentii, cum Pater satis cefisset, curam videtur gesisse: dum omnes numimi eius quidem nomen exprimit, sed fratrum, quos nominauimus, reticent. Slickiorum gentis Itator quando vixit, & ex quoniam populo oriundus, omnes non dicam ignorant, sed tamen incertum esse existimat. Neque nostrum est, longius heic & extra oleas excurrere: satis laudabili instituto de vniuersa Schlikiorum familia dispicit illustris (d) Imhoffius. Stephani opera ac prudentia gentis illius, tum amplissimae, opes egregie auctas esse, vel ex hoc colligitur: quod is dicitur vallem Ioachimicam metallorum (sunt Imhoffi verba) in primis argenti feracissimam aedifici exornasse, ita ut vbi antea exilis erat pagus Conrads-grun dictus pedentium ampla & splendida enata sit ciuitas. Nummi Ioachimici reperiuntur vel adiecta anni mentione, vel omissa plane, quo formati fictique erant. In iis, qui anno carent, aequae ac in aliis Sancti Ioachimi conspicitur imago, cuius dextra baculo in initio, additis verbis: BAR. DOMI. SLI. STEF. FRA. CO. D. in auerba parte leo adpareret cum legendis: LVDOVICVS PRIMVS D. GRATIA REX BOEM. Reliqui nummi eadem fere ratione sunt confecti, praeterquam quod S. Ioachimus sinistra manu clypeum gerit, cui in sculpta sunt insignia Slickiorum, & annus 1525. est superne adscriptus. Cum vero Ludouicus Rex Hungariae ad Mohazium contra Turcas pugnaret, Stephanus quoque Slick, qui multum apud regem gratia valebat, funestae cladi interfuit, & una cum rege multisque milibus Christianorum crudeliter caesis misere perit, yix XL annos natus. Fratres forte ipsius (a filio enim Mauritio, quem unicum reliquit, puerum adhuc, id fieri non potuit) in honorem & ut memoria eius virtutis esset testatior, num-

(d) in eleganissimo opere de Notitia Procerum Imperii Germanici, libr. vii.
cap. xii.

zumnum incidi curarunt, in quo Stephani imago, capite operto, exhibetur cum verbis: DOMINVS STEFANVS SLICK COMES DE PASSAVN &c. ANNO DOMINI MDXXV. ET AETATIS SVAE XXXX. Auersam autem partem ornant Slickiorum insignia, quae huius fere summae legendis circumdata sunt: PRO PATRIA PVGNANDO CONTRA TVRCAM OPPETIIT. Haec de nummis Joachimicis paulo vberius, quam solitus sum, explanaui: neque forte sine omni voluptate: quod isti caussa extiterunt, ut omnis nummus ad eorum modum legesque formatus postea (e) Joachimicus diceretur, & Joachimi nomen in prouerbii pene consuetudinem veniret. Nostra actate nummi identidem prodierunt Gailina insigniti, qui ex prouentu fodinarum Ilmenauiensium cusi, a Tenzelio & legendis nonnumquam imaginibus que ornati, & scriptis explicati sunt doctissime. Patrum namque memoria cum maxima temporum esset calamitas, & omnis Germania bellorum strepitu contremiseret, magno istae fodinae labore multoque sumtu iuuentae, (f) anno, ni fallor, cīcī
xxiv. intermissae sunt, multis post annis restaurandae.

S. XXIV.

De aurifodinis quod super est, nihil fere dicendum habeo: quod ex historiarum monumentis patefactum est, nemini licitum fuisse Germaniae principi, vt aurifodinas institueret, nisi soli Imperatori, ad Caroli vsque IV. tempora. Quare gratiae Imperatoriae habendum erat signum, cum Fridericus II. Imperator Ludouicum (g) Palatinum, primum ex gente Wittelsbachiorum Thaleram de talento sive metallo adpellatum, minus videtur probabile: rebus ita de valle, Thal, dici & ex illa Joachimi valle Joachimicos, non frusta sibi persuader Alemannus in palestra Consulta: 8. q. pr. I. part. 32. De potestate thaleris signandi deinceps pretio coram nonnulla adserit Besoldus in Thesauto practico litterarum. 13. p. 929. & Dietherrus in Contin. Besold, p. 577. Meilenius edidit Curieuses Thaler Cabinet, Lubeccae 1697. (f) Multa de iis & collapsis & restitutis sparsim enumerat Mullerus in Annalibus Saxoniciis.

(g) Verba, quibus scriptum est privilegium, Marquardus Freiterus Libr. II. Cap. xv. de originibus Palatin, studiose expressit,

rum, priuilegio donaret, quo permisum ipsi, aurum & fo-
dere & ex Rhenō colligere. Non multo post hoc jus fodien-
di auri solis datum est Electoribus, & tandem ad reliquos
imperii ordines partim priuilegio, partim vsu sensim inue-
terascente, partim jure, quod vocant, praescriptionis, per-
uenit. Fodinas auri hodie rariores esse in Germania, vix
verbis est enarrandum, experientia quenque docet. Agri-
cola & ex eo Munsterus memoriae prodiderunt, Marchiones
Brandenburgenses olim in Franconia mille & quingentos flo-
renos Rhenanos singula septimana accepisse ex fodinis prope
vicum Gold Cronach instauratis. Quare non quidem nimis
mirabamur, cum paucis abhinc annis & rumore & nunciis
fide dignis accipereamus, non procul a Cronachio, oppido
Franconiae, auri venam inuentam esse. Aureos vero num-
mos quinam principes, quo tempore, qua de causa, confe-
cerint, minime curamus, ea tamen spe, fore, vt ne quis no-
bis vertat vitio, si de aureis istis, qui Rhenani dicuntur, bre-
uiiter dixerimus: praeferimus cum aureos numeros, quibus
auari callide atque audie insidiantur, non concupiscamus, sed
contemplemur, non rapiamus, sed admiremur. Iste autem
Rhenani ex auro constaunt, cuius copia ex Rheno flumine
olim exhauebatur. Particulas namque aureas in Rheni
fundo reperiri, easque a sorde purgatas nullo auro inferiores
esse, Helisaeus Roslinus diligenter exploratum perspectum,
que tradidit. Quod, & in aliis fluminibus Germaniae ob-
tingit, potissimum in fluvio Edder, comitatum Valdeccensem
praeterfluenti, & in Albi prope Leutmerizium, Pirnam, Dres-
dam, Torgauiam, Magdeburgum & Lauenburgum: neque
id adeo mirum videatur, quod Joachimus Becherus, vir qui-
dem sapientissimus, ied fatorum crudelitate (g) infelicissi-
mus in libello satis eleganter scripto, cui nomen est Mine-
rae perpetuae, fieri posse adfirmat, vt in Anglia atque Bata-

(g) quanquam de eo etiam illud: Quilibet fortunae sua faber. Vitam eius, egregie expositam legimus in Narrischer Weisheit und Weiser Narheit Anno M DCC VII, 12. edit. & dubito, an ii recte sentiant, quibus haec vita ab aduersario Becheri composita videtur.

via ad maris littora auri fodinae instruantur. Philosophi hacten de re non voce solum & contentionibus, sed scriptis etiam atque chartis certant & laborant, ut aliquando inueniant, vnde aureae istae particulae in aquis atque arena cumulatum progignerentur. Et diuersae plane sunt illorum sententiae quibus tamen vel recensendis vel examinandis juste nunc atque commode supersedemus. Nostra enim parum interest scire, vtrum eae solis calore aut spiritu mundi opera enscantur, an vero ex venis auri occultatis emergant, postquam aquarum fluxu sint reclusae inundataeque, aut metallorum particulae, mutata per dilutium terrae facie, ita dispersae sint, vt non minus in visceribus montium lateant, fodiendo hauriendae, quam in omnibus telluris partibus & lapillis etiam, quibus diuturno vindarum strepitu attritis, auri materia sparsim effundatur. Porro vero dicendum est, ex hoc auro particulatum eo more, quem Chrysoplisum vocant, collecto, omnes aureos nummos, vti supra commemoratum, effici, qui ab Electoribus & liberis imperii urbibus ad Rhenum saepe numero sunt incusi, eodemque, etiam accessio aliqua facta sit, Rhenos adpellari. Initio quidem & Patrum memoria, vt ex supra dictis constat, nemini licitum erat, eiusmodi nummos signare, nisi Electoribus, quorum prouincias Rhenus alluebat: postero autem tempore jus illud etiam urbibus est concessum. Hoc namque plenius cognoscitur ex verbis, quae in recessu Imperii, anno c. 1517. (b) facto, relata exhibentur. Et ex constitutione Ferdinandi (i) Imperatoris, qua de re nummaria apud Germanos prospicit, perspicuum (b) s. 78. sic incipit: Und aus unserm Vermüntigen Bedenken --, daß Ducaten zu münzen nur den Ständen/ so hohes Gold in ihren Lant'en und Gebietten fallen haben/ gebühre doch der gestalt/ daß 67. schon ausberste Stücke eine Eßliche Mark wiegen/ und lauter sein 23. Parat/ 8. Karat/ 4. Gram halten/ und von Niemand höher/ dem um 100. vier Kreuzer genommen/ oder ausgegeben wer- den soll. (b) haec reperitur in collectione recessuum Imperii, Francof. ad Moenum c. 1517. impresa pag. 699, vbi simul monetae reliquae cum in Germania versatae exhibentur.

est, id temporis non nisi in Imperii ordinibus permisum fuisse,
eius generis nummos curare, quorum in provinciis aurum
istud colligatur. Hinc factum est, ut complures aurei num-
mi ad aurum Rhenanum aestimarentur. Augusti, Electoris
Saxoniae, qui anno 1510 LXXXVI. vitam clausit, nummi
aurei adhuc in cimeliarchis illustrum virorum seruantur, in
quibus ipsis imago ostenditur, in aera autem parte verba:
MONETA NOVA AVREA RENENSIS. Pari
modo Ioannes Georgius I. Elector Saxoniae nummos ex au-
ro confari jussit, qui ipsis etiam imaginem paeferunt cum
nomine **IO. GEORG. I. EI. SAX.** in altera parte
legenda **MONETA NOVA AVREA RENENSIS.**
Circa 1535.

De nummis aureis Germanorum etiamsi gratum for-
tasse esset plura commemorare, neque animus decesset aut di-
cendi materia; temporis tamen spartique angustiae prohibent,
quo minus instituti limites transgrediamur. Interim mores
geniumque seculi nos admirari dicam, an deplorare
oportet? In eiusmodi enim tempora incidimus, quae au-
rea quidem vix quisquam mentis suae compos adpellet, fer-
rea certe duricie & prauitate mortalium. Multi nummos
argenteos aureosque cumulatim possident, & Euclione
sunt tenaciores. Miseri homines & ipsa paupertate peio-
res! Et raritate nummorum & praefantia oblectantur,
multitudine exsatiantur nunquam. Nam quo plus potan-
tur, plus sitiuntur aquae. Alii, in primis eruditi in obser-
vandis, in describendis, in latitudinis nummis dies noctesque
consumunt, ingentis molis libros ex eorum historia conte-
xunt, nouo saepe vanitatis studio, &c. ut Deum obseruent, vt
leges eius & paecepta saluberrima sancto morum vitaeque
studio exprimant, vt numen aeternum laudent, ne mente
quidem & cogitatione vnuquam mouentur, pristini decoris
immemores, se olim puriores Deoque multo cariores fuisse
auro, & adhuc nummis comparari, qui ipsis Dei imagine

Signati sint; hoc praestantiores, quod igne amoris & calamitatis digni sunt, quos Deus in signum suum reponat. Tanta auri mortales cupidio incessit, ut arte audeant occultas naturae vires superare. Ex metallo, per artem Chymicam parato, se. numeros. (k) adornasse gloriose dicunt; & non quam aurum scrutantur fidei, (l) aurum doctrinae & sapientiae celestis, cuius tamen virtus tanta est, ut hominis animum vere in aurum transmutet, ad numeros, qui gratiant Deo, longe dignius, quam quod per artem transmutatoriam sive gradum, sive seminariam, sive projectiuam, aut aliam monstroso nominis, producitur, & haec non videri non potuit. Alii potentiores in primis nummos tractant & cupiunt, de quibus fortasse doctissimi (m) cuiusdam viri verba recte dixeris: durum est, possidere aurum illud, quod aegre a pereuntibus per violentiam expressum tot miserorum lacrymae abluerunt; quod e ceruicibus jugulisque caelorum potius, quam e montium venis aut fluminum glareis effolutum est. Sed quid ferrea adpellamus secula? aurea sunt! Nonne aurorum pariter & argenteorum nummorum nunc ea vis est, ea dignitas, ut coecis oculorum lumina restituant, videntes exceccare possint? Quam multa, quam paucis;

Aurea nunc vere sunt seculaz plurimus auro.

Venit bonus: auro conciliatur amor.

(k) *Huc confer Reyheri dissertatione de quibusdam nummis ex Chymico metallo factis.*

(l) *Ipse nobis hoc aurum Deus emendum suadet & per amante offert. Apocalyp., Cap. III. commat. 18.*

(m) *Is est Daniel Eremita in Panegyrico in Cosmi Medic, nuptias eam Maria Magdalena Austriaca, quem paucis ahinc annis Itinerario eius junctum Joannes Georgius Graevius Altdorfii edidit.*

S. D. G.

01 A 6541

f



3

TA -> OL

b18
v12



Farbkarte #13



161
P. B. V.
DE

ORTV ET PROGRESSV REI NVMMARIAE INPRIMIS APVD GERMANOS

RECTORE HVIS ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO,
REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO DOMINO,

DOMINO

PHILIPPO GVILELMO,

S. R. I. COMITE DE BOINEBURG,
SACRAE CAESAREAE MAIESTATI A CONSILII
INTIMIS ET CAMERA, METROPOLITANARVM
ECCLESiarVM, MOGVNTINAE ET TREVIRENSIS
CANONICO CAPITVLARI SENIORE ET RESPE-
CTIVE SVPREMI CHORI EPISCOPO

EMINENTISSIMO PRINCIPI ELECTORI MOGVN-
TINO A CONSILII INTIMIS, CIVITATIS TERRI-
TORIIQUE ERFVRTENSIS PRO-PRINCIPЕ,
ET RELIQA,

MAGNIFICO PHILOSOPHORVM ORDINE
CONSENTIENTE
DISSERTATIONEM HISTORICAM
AD QVAESTIONEM PVBLICE HABENDAM

D. IVLII A. O. R. CIC ID CCX. H. L. Q. C.
OFFERVNT

M. IOANNES MICHAEL WEINRICHIVS,
ET
HIERONYMVS FRIDERICVS BRVCKNER
ERFVRT. PHIL. ET IVR. STVD.

ERFVRDIAE,
LITERIS FICKELSCHERRIANIS.